HYMNUS ANGELICUS SIUE DOCTORIS ANGELICI SUMMAE...

Cornelis : van Merlen, François Penon





BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
21 K
37


Te decet Hymnus ps 64
Psallite Sapienter ps 46
Hymnum cantate nobis
HYMNUS ANGELICUS
Merlen fe.

HYMNVS ANGELICVS
SIVE
DOCTORIS ANGELICI
SVMMÆ THEOLOGICÆ
RHYTHMICA SYNOPSIS.

Quæstiones 612. Articuli 3120.

Auctore P. F. FRANCISCO PENON Sacræ Theologiæ Lectore in Conuentu & Studio Generali Sanctißimæ Annunciationis Parisiensi Ordinis Prædicatorum Strictioris Obseruantiæ.





PARISIIS,
Apud DIONYSIVM MOREAV
viâ Iacobæâ sub Signo Salamandræ.


M. DC. LI.

Cum Priuilegio Regis; & Superiorum Permissu.

DEO

TER OPT. TER MAX.

VNI





ATQVE

TRINO,

TOTIVS RERVM VNIVERSITATIS

PRIMO PRINCIPIO

ET

FINI VLTIMO;

SOSPITATORI MORTALIVM

ADORANDO THEANTHROPO,

SEPTEM ORBIS MIRACVLORVM

SACRAMENTORVM NOVÆ LEGIS

AVCTORI SAPIENTISSIMO,

QVAM AMPLO TAM SVBLIMI

ANGELICÆ SVMMÆ

ARGVMENTO;

CVLTV DEMISSISSIMO
GRATVLABVNDVS
EXILE PENDEBAT
VOTVM,
VENERATIONE SEMPITERNA
DEPRECABVNDVS
SVPPLICEM PORRIGEBAT
LIBELLVM,
IVBILO CORDIS INTIMO
EXVLTABVNDVS
ANGELICVM CANEBAT
HYMNVM,
F. FRANCISCVS PENON
ORD. PRÆD.
ANNO
POST PARTVM VIRGINEVM
M. DC. LI.

REVERENDISSIMO
SAPIENTISSIMOQVE PATRI
P. IOANNI BAPTISTÆ
DE MARINIS
VNIVERSI PRÆDICATORVM
Ordinis Magiſtro Generali.

TVVS *eſt*, REVERENDISSIME PATER, *THOMAS ANGELICVS*: *ſiuè doceat Præceptor in Scholis, ſiuè tonet Orator in Pulpitis, ſiuè Chriſto probatus Author* BENE SCRIBAT *in Libris, ſiuè Diuinæ Mentis Interpres definiat in Concilijs, ſiuè, qualis jam prodit,* ὑμνῳδὸς *moduletur in Canticis*, TVVS *eſt. Injuria ſit, alteri tribuiſſe.* COMMVNEM DOCTOREM *omnium dùm Orbis deprædicat*, TVVM *indigitat: & in quo notat* ANGELICVM, *in hoc deſignat*

ã iij

TVVM; *Ergò* TVVM *in Omnibus. Verbo, nî* TVVS *Ipse sit*, NVLLVS *est. Hìnc Ille modò, splendidissimum nec vllâ vnquàm ætate intermoriturum sui Parentum Ordinis Decus & Ornamentum*, FILIVS *vtique* SAPIENS, *Sinum affectat Tuum; Nuspiàm suauiùs requieturus. In Lucem edi non potuit sine Parente. Certè maluit Patrem inuenire, quàm Patronum quærere. Non eget quo defendatur Infirmus, sed quo constet Legitimus. Talis constabit omnibus, si probaueris. Probabis enimuerò, quem vnicè Charum gestas in animo, in oculis, in ore, quem assiduè cogitas, legis, loqueris; vt locum hîc habeat Salomonis Effatum*, FILIVS SAPIENS, DOCTRINA PATRIS. *At fortassè minùs agnoueris peregrino sub Schemate latitantem. Neque id minimùm subuereor. Nosti penitiùs, quàm vt latere Te vllo modo possit. Etsi lateret, Voce, quâ parem non habet, mòx internosceres, Tibi, si cuipiam, perspe-*


ctissimâ. Sed nec eo quo prodit cultu, quicquam à se præfert alienum, vnde personatus dici queat aut fingi. Habitum non mentitur ANGELVS, *Aulædum induens.* Nihil *æquè cognatum Angelis atque Melos; quos ideò Diuinæ nobis Paginæ subindè representant Auletas. Nemo verò nisi mentis emotæ, somniauerit* SCHOLARVM ANGELVM *inter alios, Mutam esse Literam inter Vocales. Voce profectò pollet oppidò canorâ, excelsâ, exaggeratâ, valentissimâ; Toto, quà patet, Orbe supra sexcentos Vnus exauditur; Trisagion suum, Trinam Summæ suæ Partem, Vni Trinæque Majestati sempiternùm occinens, omnibus præcinit, succinunt vniuersi; Quin Vnus amœnissimam implet Symphoniã. Ita* BOS MVTVS *euasit in argutè* CANENTEM ANGELVM. *Talem hîc excipiat* REVERENDISSIMA PATERNITAS TVA; *Haùd grauatè, putem, audiet* VOCEM ANGELICAM; *Credo, mulcebit hæc aurem Eruditam. Ve-*

runtamen istoc in Opere si, quâ præstas sagacitate, duo secreueris, hinc Sensa, Scita, Oracula, indè Stylum inconditum, malè tornatis Versibus barbarissantem, & illaboratum, appositâ videris ipse mihi responsurus allusione, VOX QVIDEM VOX IACOB EST, SED MANVS MANVS EST ESAV. *Nec ego sanè diffitebor, dùm interìm suspicionem fraudis amolitus omnem, nihilò seciùs Benedictione Tuâ plurimâ memet impartias, quam cupidissimè pronus efflagito.*


R^MÆ. *T. T.*

E Conuentu Tuo Sanctissimæ Annuntiat. Parisiensi die 27 Octobris 1651.

Deditissimus, Obsequentissimus
ac Minimus Filius
F. FRANCISCVS PENON
Sacræ Theologiæ Lector.



LECTORI.



CCE Tibi, MI LECTOR, Iliadem in Nuce porrigo, Theologicam Diui Thomæ Summam Libelli gracilîs angustis regionibus definitam, quam nullo, vel exiguo certè negotio, condiscas integram, ac subindè duodecim supra sexcentas ejus Quæstiones, inclusosque in his ter mille centum & viginti Articulos, hoc est, (quod Summus olim Sacerdos verissimè pronunciabat,) totidem Miracula, singulatim censeas, & ex ordine mittas in digitos. Hanc in rem iisdem vsus ego sum Rhythmis, quibus & ipse Sanctus Præceptor Altaris Mysteria persecutus est, quod juuandæ memoriæ majorem in modum conducant, in quam & molliter influunt, & semel admissi tenaciter adhęrescunt. Adscriptum habes ad Oram subjunctæ Quęstionis Argumentum; Prior Numerus, Quota sit, indicat; Posterior, Quot inuoluat Articulos. His verò liquidiùs, descriptiùs atque compendiosiùs contexendis, è totius Quæstionis materie certam quandam in plerisque formo sententiam, cujus κῶλα siue membra, imò sæpè, verba, insertis numeralibus Notis, velut indice digito, commonstrant singulos, suo quemque ordine. Sic efficitur, vt pauculorum ambitu versuum circumscriptam teneas quamuis Quæstionem & Articulorum ejus omnium habeas in expedito Numerum, Ordinem, Conclusioné. Verum hoc artificij faciliore operâ fructuque majore perceperis, si Summam ipsam vel jam attentè pellegeris, vel saltē modò vacauerit cum hac ejus Synopsi strictim ac leuiter componere, Quæstiones cum Quæstionibus, Articulos conferre cum Articulis. Id vbi semel aut iterū, vel otiosâ & desultoriâ titulorum volutatione præstiteris, tùm demùm, ausim spondere, hujus Opellæ beneficio, quæ proximè numerabam ita combibes animo,


nullâ vt vnquam obliuione deleantur. Neque verò me latet quippiam ſimile (ſi tamen ſimile) tentatum ab aliis, quorum laudi meritiſſimæ nihil ego quicquam detractum velim ; quin his potiùs debere me plurimùm candidè fateor , quod ſuo mihi præluxerint exemplo , & hujus adoriundi conſilij anſam ſuggeſſerint , An verò mihi Sors verterit fortaſsè fœlicior , Tui ſit Arbitrij ; Certè , præter decorem Pronunciationis , cui maximè conſultum volui , quamque concurrentium hiulcam colliſu Vocalium nullâ prorſus ex parte comperies; Præter Vocum redundantium, quibus vt plurimùm ſolet infarciri genus hoc Operum, reſectionem; Præter aliquam venuſtatem Rhythmorum & cõcinnitudinem, cujus ergò perfeci, vt vltimâ ſaltem integrâ Syllabâ (quod & infrequẽter accidit) gemini Verſus priores ęquabili normâ conciderent, & tertio cuique Verſiculo tertius inſequens aſſonaret , Præter hęc , inquam , & alia quæ non commemoro, germanam ac genuinam Sancti Doctoris Mentem, audens aſſero , in omnibus aſſequor , Concluſiones Articulorum titulis è directo reſpondentes tantâ conatus exprimere perſpicuitate, quantâ licuit per obſcuritatem materiæ, breuitatem Orationis , & Rhythmorum legem opinione difficiliorem. Si quid porrò minùs expolitum aut ad incudem minùs reuocatum offenderis , (offendes autem , ſat ſcio , plurima) Commemineris , obſecro, non eſſe Scriptionem ejuſmodi, quam multâ luçubrationum fuligine laborioſa parturierit moræ longioris accuratio : ſed hominis è graui morbo reualeſcentis tumultuariam & extemporali fuſam impetu luſionem æqui bonique conſules , quam non erat animus juris publici facere , nec niſi compulſus in lucem protrudo , rogatu diſcipulorum, amicorum hortatu , juſſu Majorum. His ego Te , LECTOR , volebam paucis , nec in anteceſſum tantilli Poëmatij mihi licet eſſe prolixiori. VALE ET FRVERE.

ERRATA.

Pag. 43. lin. 6. præterir. *lege* præterit , lin. 9. alias. *lege* alias, lin. 15. Euaſcuntur *lege* Enaſcuntur.

Pag. 57. lin. 9. Fiœno. *lege* Fœno.

Pag. 96. lin. 4. Attenditur *lege* Attendatur.



PERMISSIO REVERENDI ADMODVM PATRIS VICARII Generalis.

FR. DOMINICVS LE BRVN Congregationis Diui Ludouici Strictioris Obseruantiæ Ordinis Prædicatorum humilis Vicarius Generalis; Librum, cui titulus est, *Hymnus Angelicus*, *Siue Doctoris Angelici Summæ Theologicæ Rhythmica Synopsis*, A R. P. F. FRANCISCO PENON in Conuentu nostro & Studio Generali Sanctissimæ Mariæ Annunciatæ Parisiensi Sacræ Theologiæ Lectore conscriptum, & à Deputatis Theologis censum ac probatum, In lucem dari permitto. Quorum fidem facio manu meâ Officijque sigillo. Parisijs in præfato Conuentu die 28. Sept. 1651.

F. DOMINICVS LE BRVN,
Vicarius Generalis qui suprà.

APPROBATIONES
Theologorum Ordinis.

DE totius Theologicæ Summæ Summi Doctoris D. Thomæ Aquinatis eo accuratiore quo breuiore Summario sententiam rogatus, sincerè, at summatim expono. Summa laus est, quæ quæritur, & habetur. Illam Summi Doctoris Summa jam consequuta est. Cur laudis Summam non obtineat pariter, quæ Summæ ipsius tota est, ac Summa Summè vna?

F. IACOBVS GOAR,
Sacræ Theologiæ Professor.

INFRA Scriptus Sacræ Theologiæ Professor in Conuentu Sanctissimæ Annunciatæ Parisiensi Ordinis FF. Prædicatorum, Attentè perlegi Librum cui titulus est, *Hymnus Angelicus siue Doctoris Angelici Summa Theologica Rhythmica Synopsis*, In quo nihil reperi quod sanæ fidei bonisue moribus aduersetur. Quin opus istud, mole quidem tenue, sed rerum quas continet copiâ & pondere prægrande, Authorem suum mentis Angelicæ probat omnino compotem. Quippè qui vniuersa Theologiæ Mysteria quæ S. Thomas Solidè atque Angelicè Summâ stabiliuit, arte mirabili, gratâ breuitate, & insigni perspicuitate Libello complexus est. Quem idcirco dignum censui qui ad multorum vtilitatem, Diuinæque Theologiæ Studiosorum leuamen ac profectum in lucem prodeat. Ita scripsi die 28. Septemb. anno Domini 1651.

F. ANDREAS VVIDEHEN,
Sacræ Theologiæ Professor.

HYMNVS



HYMNVS ANGELICVS
SIVE
DOCTORIS ANGELICI
SVMMÆ THEOLOGICÆ
RHYTHMICA SYNOPSIS.

Quæstiones 612. Articuli 3120.

CANTICVM PRIMVM
SEV
PRIMA PARS.

QQ. 119. AA. 584.

1 PANGE Lingua Disciplinam, Sacra Doctrina. *q. 1. aa. 10.*
Cœlestem Cane Doctrinam,
2 Scientiam 3 vnicam.

4 Lauda Veri Spectatricem,
Lauda Boni Sectatricem,
Practico-Theoricam.

[5] Hæc eſt enim aliarum
Regina Scientiarum,
[6] Vera Sapientia.

[7] Numen ipſum Contemplatur,
[8] Contemplans Argumentatur,
[9] Metaphoris obuia.

[10] Qui ſub Vno Diuinarum
Velo latent Litterarum,
Plures Senſus eruit.

DEI Exiſtentia. q. 2. aa. 3.

[1] DEVM, quamuis Per Se Notum,
[2] Demonſtratiuè per Motum
[3] Exiſtere ſtatuit.

Simplicitas. q. 3. aa. 8.

[1] Is non Corpus, [2] is non Actus
Materiæ conſors factus,
[3] Sed ſua Diuinitas.

[4] Ab Eſſe non eſt ſecluſa
Eſſentia, [5] nec incluſa
In Genere Deitas.

[6] Accidenti nec ſupponi
Deus poteſt, [7] nec componi,
[8] Nec vt pars componere.

Perfectio. q. 4. aa. 3.

[1] TAM Perfectus [2] omnes dotes
Ambit Rerum, [3] quas Huic potes
Similes aſſerere.

[1] BONVM idem eſt cum Ente, Bonum in genere. q. 5. aa. 6.
[2] Ratione præſcindente
Prius Ens concipies.

[3] Cuncta Bonum in ſe claudunt;
[4] Bonum ſiuè Finem [5] produnt
Modus, Ordo, Species.

[6] Partitio fit Bonorum,
Vtilium, Honeſtorum,
Et Delectabilium.

[1] BONVS, [2] Summum [3] per ſe Bonum *Bonitas. q. 6. aa. 4.*
Deus Solus; cuius donum
[4] Bonum Rerum proprium.

[1] INFINITVS eſt Naturâ; *Infinitas. q. 7. aa. 4.*
[2] Repugnat vt Creatura
Talis eſſe valeat,

[3] Nulla datur Magnitudo,
[4] Nulla datur Multitudo,
Quæ terminis careat.

[1] IN Omnibus exiſtentis, *Exiſtentia in Rebus. q. 8. aa. 4.*
[2] Et Vbique ſe ſiſtentis,
Attende præſentiam.

[3] His per Eſſentiam ineſt,
Et per Præſentiam adeſt,
Præeſt per Potentiam.

4 Sic Vbique reperiri,
Nec ſpatiis definiri,
Alteri non aduenit.

Immutabilitas. q. 9. aa. 2.

1 NVLLATENVS Immutari,
Nec minimùm Alterari,
Ei 2 Soli conuenit.

Æternitas. q. 10. aa. 6.

1 ÆTERNITAS explicatur,
2 De Numine demonſtratur,
3 Quod ſolum Æternum eſt.

4 Hæc & Tempus non ſunt vnum,
5 Hoc & Æuum non ſunt vnum;
6 Æuum autem vnum eſt.

Vnitas. q. 11. aa. 4.

1 VNVM Enti nil apponit;
2 Vnum ſe Multis opponit.
3 Deus vnus 4 maximè.

Viſio. q. 12. aa 13.

1 HVNC poterit Mens Videre,
2 Specieque non egere,
3 Sed Oculus, minimè.

4 Nec Ipſa Mens ex innatâ
Facultate, 5 ſed creatâ,
Quæ Lumen eſt Gloriæ.

6 Gradu pari non prehendet,
7 Multò minùs Comprehendet
Pelagus Eſſentiæ.

8 Nam omnia non cognoſcet;
9 Quæ noſcet in Verbo noſcet,
10 Et Conjunctim omnia.

11 Hâc in vitâ Deus latet;
12 Ratione nobis patet,
13 Sed Clariùs, Gratiâ.

1 NOMEN 2 Subſtantiæ Dei Nomina.
3 Proprium eſt; 4 Damus ei qu. 13. aa.
Plura non Synonima. 12.

5 Vniuoca non ſunt Rebus;
6 Ante ſunt ei quàm Rebus
Accommodatiſſima.

7 Quæ ſonant Relationem
Ad Rerum productionem,
Obtinet ex Tempore.

8 Nomen, *Deus*, eſt Naturæ,
9 Quod conuenit Creaturæ,
10 Non in vocis robore.

11 Vox, *Qui eſt*, Appellatiua;
12 De Deo ſit Aſſertiua
Ritè Propoſitio.

1 SCIT 2 Seſe 3 comprehenſiuè; Scientia.
4 Quin eſt ipſa Subſtantiuè q. 14. aa.
Deus Intellectio. 16.

[5] Scit alia, [6] quæ percurrit
Sigillatim, [7] nec Discurrit
[8] Opifex Scientia.

[9] Non-ens, [10] Malum, [11] Singulare,
[12] Infinita, [13] prospectare
Doctus Contingentia.

[14] Scit quidquid Enuntiatur,
[15] Immobili [16] Speculatur
Et Agit notitiâ.

Idea q.15. aa. 3. [1] IDEÆ sunt admittendæ,
[2] Plures in Deo ponendæ,
[3] Quibus noscat omnia.

Veritas. q. 16. aa. 8. [1] EST in mente [2] componente,
Verum, [3] idem est cum Ente,
[4] Prius Bono Scibile.

[5] Deus est Veritas. [6] Rerum
Vnum [7] aut Æternum Verum
Non est, [8] nec Immobile.

Falsitas. *q. 17. aa. 4.* [1] EST in Rebus, [2] Sensu, [3] Mente,
[4] Veritati luculentæ
Falsitas Contraria.

Vita. q. 18. aa. 4. [1] VITA non est omnis rei;
[2] Non est actus; [3] sed est Dei,
[4] In Quo Viuunt Omnia.

[1] QVEM Voluntas fert, [2] impulsa *Voluntas. q. 19. aa. 12.*
In alia, [3] non compulsa;
[4] Causa [5] causæ nescia.

[6] Hæc Impletur [7] Immutata,
[8] Vi Rebus non irrogatâ,
[9] Malorum non Conscia.

[10] Arbitrij Libertate,
[11] Signi [12] Quini Voluntate
Vniuersa dirigit.

[1] AMAT [2] Ista, [3] sed amore *Amor. q. 20. aa. 4.*
Non pari, [4] nam ampliore
Meliora diligit.

[1] IVSTVS [2] siuè verax claret, *Iustitia & Misericordia. q. 21. aa. 4.*
[3] Misericors [4] simùl paret
In Cunctis Operibus.

[1] ET Prouidus [2] Hæc disponit *Prouidentia. q. 22. aa. 4.*
[3] Per Seipsum, [4] nec imponit
Vim Prouisis Omnibus.

[1] HOMINES Prædestinari, *Prædestinatio. qu. 23. aa, 8.*
[2] His nil addit; [3] Reprobari,
Diuino fit Placito.

[4] Destinati Diliguntur,
Et Dilecti Deliguntur,
[5] Haùd præuiso merito.

[6] Certissimè liberantur,
Quibus ita præparantur
Dei Beneficia.

[7] Certus constat Electorum
Numerus, [8] quos Beatorum
Adjuuant Suffragia.

Liber vita. q. 24. aa. 3.
[1] ORDO Prædestinatorum,
Est Liber Vitæ [2] Sanctorum,
[3] Quo nullus expungitur.

Potentia. q. 25. aa. 6.
[1] POTENTIA [2] non finitâ
[3] Omnipotentis, [4] res facta
Infecta non redditur.

[5] Vt facere quæ non facit,
[6] Sic potest ea quæ facit,
Meliora facere.

Beatitudo. q. 26. aa. 4.
[1] BEATVS [2] per Intellectum,
[3] Beat per Sui conspectum;
[4] Fœlix omni genere.

Processiones. q. 27. aa. 5.
[1] PROCESSIONES, [2] Hanc Nati,
[3] Hanc Amoris [4] non Prognati,
[5] Binas tantùm credimus.

Relationes. q. 28. aa. 4.
[1] REALEM scimus Respectum,
[2] Re Naturam, [3] & re Sectum;
[4] Quadruplicem nonimus.

[1] QVID *Persona* ſit [2] vox trina *Perſona.q.*
Declarat; [3] vox eſt Diuina, *29. aa. 4.*
[4] Quæ Reſpectum indicat.

[1] HIS, quæ plures ſunt, Perſonis,[1] *Perſonarũ*
([2] Quas tres cenſens [3] nil apponis,) *multitudo.*
[4] Vox illa communicat. *30. 4.*

[1] *TRIAS*, nomen eſt probatum;
[2] Alium à Patre Natum *Perſonarũ*
Arguit Diſtinctio. *multitudinis quadã*
affectiones.

[3] Iungitur Eſſentiali *31. 4.*
Termino, [4] non Perſonali
Excluſiua Dictio.

[1] TRINITATEM rationes *Perſonarũ*
Non Demonſtrant. [2] Notiones *cognitio.*
[3] Quinque numeraueris. *32. 4.*

[4] Si ſecùs exiſtimabis,
Propterea non errabis,
Nî pertinax fueris.

[1] PRIMA Perſona vocatur
Principium; [2] appellatur *Nomen Patris. 33. 4*
Pater Vnigeniti.

[3] Priùs quàm Eſſentiale,
Nomen hoc Perſonale
[4] Parentis Ingeniti.

Nomen Verbi. 34. 3.

[1] NOMEN, *Verbi*, Personale,
[2] Filioque Speciale,
[3] Creaturas connotat.

Nomen Imaginis. 35. 2.

[1] EST, *Imago*, vox Personæ,
[2] Quæ Filium ratione
Singulari denotat.

Nomẽ Spiritûs Sancti. 36. 4.

[1] DA, *Spiritûs Sancti*, nomen
Personæ, [2] Quam credis Numen
Procedens à Filio.

[3] Spiratur à Patre quoque
Per Filium; [4] ab vtroque
Vt Vno Principio.

Nomen Amoris. 37. 2.

[1] HIC Spiritus est vocatus
Amor, [2] Quo Parens & Natus
Mutuò Se diligunt.

Nomẽ Doni. 38. 2.

[1] *DONI* nomen Personale,
[2] Procedenti Speciale
Fideles intelligunt.

Personarũ Habitudo ad Essentiam, 39. 8.

[1] HOC Natura, quod Persona;
[2] Mira Trium fit Corona
Vnius Essentiæ.

[3] Singulares his naturæ
Aptantur nomenclaturæ,
[4] Concretæ, [5] non Aliæ.

6 Relatiua commodantur
Abſolutis, 7 iſta dantur
Illis 8 vſu proprio.

1 CONSTITVIT, 2 & Diſtinguit
Hypoſtaſes, (3 quas extinguit
Summota,) Relatio.

Perſonarũ habitudo ad Relationes. 40. 4.

4 Proprietas Perſonalis
Quàm Actus Notionalis
Prior intelligitur.

1 HIC Perſonis adaptatur;
2 Voluntarius negatur;
3 De quodam aſſeritur.

Perſonarũ habitudo ad actus notionales 41. 6.

4 Vis ad illum ordinatur,
5 Quâ Natura præſignatur,
Deinde Relatio.

6 Ad Perſonam vnam tendit;
Ad plures ſe non extendit
Notionis Actio.

1 ÆQVALITAS Perſonarum
Admittit 2 coæternarum
3 Ordinem Originis.

Perſonarũ æqualitas. 42. 6.

4 Magnitudinis cum Patre
Paris Natus, 5 eſt in Patre,
6 Paris Fortitudinis.

Personarũ Missio. 43. 8.

[1] EST Personæ [2] non Æterna
Missio ; [3] Quæ fit Interna,
Solùm est per Gratiam.

[4] Non conuenit Genitori,
[5] Sed Genito vel Amori
Eam putes propriam.

[6] Nec Internæ sunt exortes,
Qui Gratiæ sunt consortes ;
[7] Pneuma Palam Mittitur.

[8] Ab eâ verò Diuinam
Dicimus mitti Personam,
A quâ proficiscitur.

Creaturarum Processio. 44. 4.

[1] OMNE fuit Ens à Deo
Fabrefactum ; [2] Est ab eo
Creata Materia.

[3] Est enim Vniuersalis,
Exemplaris, [4] & Finalis,
Causa Primigenia.

Creaturarum Processionis modus. 45. 8.

[1] E NIHILO rem formare,
Quod est idem ac Creare,
[2] Ipsius est virium.

[3] Cæterùm esse creatum
Est ipsum Esse Relatum
Rerum [4] Subsistentium.

5 Vni Deo Singulare
Effecta poſſe Creare,
6 Perſonæ non proprium.

7 Cunctis rebus procreatis
Eſt impreſſum Trinitatis
Aliquod Veſtigium.

8 Non eſt in Artis effectis,
Vel a Naturâ profectis,
Admixta Creatio.

1 AB Æterno non productum
2 Credas Orbem, 3 ſed conſtructum
Temporis Initio.

Creaturarum principium durationis. 46. 3.

1 PVLCHRE' Deus Res diſtinxit,
2 Inæquales ipſe finxit;
3 Mundum Vnum condidit.

Creaturarum diſtinctio. 47. 3.

1 MALVM eſt quid Priuatiuum
2 In Rebus, 3 quo Subjectiuum
Bonum 4 non intercidit.

Mali diſtinctio à Bono. 48. 6.

5 Malum Culpæ, Malum Pœnæ,
Partiuntur Malum benè;
6 Prius eſt deterius.

1 BONVM cauſa poteſt eſſe
Mali; 2 Malum nequit eſſe
Fœtus Dei proprius.

Mali cauſa. 49. 3.

[3] Vt eſt vnum Bonum Summum,
Non eſt vnum Malum Summum,
Mala Creans omnia.

ANGELORVM Natura. 50. 5.

[1] SVNT Angeli puræ Mentes
Incorporeæ, [2] carentes
Formâ cum Materiâ.

[3] Innumeri cùm exiſtant,
[4] Non numero ſolo diſtant,
[5] Nec poſſunt deſinere.

Habitudo ad corpora. 51. 3.

[1] CORPORE vacant Conjuncto,
[2] Neque valent in Aſſumpto
[3] Vitaliter agere.

Habitudo ad loca. 52 3.

[1] LOCA poſſunt habitare;
[2] Plura ſimul occupare
Nuſquàm Vnus poterit.

[3] Sit Vnus in ſuo lare,
Cogitur hinc exulare
Quiſquis alter fuerit.

Motus localis. 53. 3.

[1] VBI Locum vult Mutare,
[2] Per medium tranſuolare
Neutiquàm adigitur.

[3] Nec Localis ejus Motus
In Inſtanti manet Totus;
Tempore perficitur.

[1] ACTVS mentis Angelorum
Natura non eſt illorum,
[2] Non eſt Exiſtentia.

Cognitio. 54. 5.

[3] Facultas Intellectiua
Non eſt ipſis Subſtantiua,
Sed Accidentaria.

[4] In his nulla Patientis
Intellectûs & Agentis
Diſtinctio ponitur.

[5] In his nullus Sentiendi,
Sed ſolus Intelligendi
Actus deprehenditur.

[1] PER Naturam, vt Impreſſam
Speciem, vel vt Expreſſam,
Cuncta non percipiunt.

Medium cognitionis. 55. 3.

[2] Sed vtuntur Speciebus
Congenitis, quas ex Rebus
Nequaquàm accipiunt.

[3] Nati ſunt Superiores
Per vniuerſaliores
Species cognoſcere.

[1] SE, [2] Sodales, [3] atque Numen,
Per ſolum Naturæ lumen
Poſſunt apprehendere.

Cognitio immaterialium. 56. 3.

Cognitio materialium. 57. 5.

1 SVBSVNT res Materiales,
2 Et Singulares, quà tales,
Eorum notitiæ.

3 His Futura non ſunt plana,
4 His occulta ſunt Arcana
Tàm Cordis, 5 quàm Gratiæ.

Modus cognitionis. 58. 7.

1 NON ſunt in Actu quandoquè,
In Potentiâ quandoquè;
2 Plura Simul capiunt.

3 Non cognoſcunt Diſcurrendo,
4 Componendo, Diuidendo,
5 Falſitatem neſciunt.

6 Cum vna ſit Matutina,
Et altera Veſpertina,
7 Duplex eſt Cognitio.

Voluntas. 59. 4.

1 VI donantur Appetente,
2 Quæ differt à Cognoſcente;
3 Donantur Arbitrio.

4 Quod vocamus Iraſcentem
Partem, & Concupiſcentem
A ſe procùl abigunt.

Amor 60, 5.

1 DILECTIONE Natiuâ
Gaudent, 2 ſicut Electiuâ;
3 Vtrâque ſe Diligunt.

4 Fratres

[4] Fratres amant tanquàm Sese,
[5] Deum amant plusquàm Sese
Amore spontaneo.

[1] Esse Factum [2] & Inceptum
Adepti, ([3] non ante cœptum
Orbem ,) [4] in Empyreo.

Productio in esse natura. 61. 4.

[1] Mox Beati non sunt facti;
[2] Ad Deum Gratiâ tracti;
[3] In Gratiâ conditi.

Productio in esse gratia & gloria. 62. 9.

[4] Gloriam , quam meruerunt,
[5] Post vnam obtinuerunt
Actionem meriti.

[6] Naturalium virtuti
Adaptata consecuti
Supernaturalia.

[7] Innatam Cognitionem,
Paremque Dilectionem
Conseruant in Patriâ.

[8] Vbi Peccati Defectum
Non admittunt, [9] nec Profectum
In possessâ Gloriâ.

[1] Angeli possunt Peccare,
[2] Superbiâ laborare,
Sicut & Inuidiâ.

Malitia. 63. 9.

[3] Se Cupiuit coæqualem
Dæmon Deo ; [4] Naturalem
Non habet Malitiam.

[5] Quo fuit puncto Creatus,
Nullam Numini Reatûs
Intulit injuriam.

[6] Ipsius Creationem
Inter & Defectionem,
Nullum fuit spatium.

[7] Primus erat qui peccauit,
[8] Et complures prouocauit
Ad Culpæ consortium.

[9] Attamen Innoxiorum
Multò major quàm Lapsorum
Firma stetit copia.

Pœna. 64. 4. [1] Hi non prorsus Obcæcati,
[2] Sed sunt prorsùs Obfirmati,
In suâ Malitiâ.

[3] Doloribus exercentur,
[4] Hoc aëre coërcentur
Ad Agonem Hominis.

Rerũ corporearum creatio. 65. 4. [1] CORPORATÆ profluxerunt
Res à Deo, [2] prodierunt
In honorem Numinis.

3 Has minimè concreauit,
4 Neque Formas efformauit
Cœlitum induſtria.

1 NON anteceſſit Informis,
2 Non eſt in omni conformis
Corpore Materia.

Rerũ corporearum diſtinctio. 66. 4.

3 Empyreum exornatum.
4 Tempus ſimùl eſſe natum
Cum eâdem creditur.

1 DE Spiritu quæ negatur
Lux, 2 Corpus non affirmatur,
3 Sed Qualitas dicitur.

OPVS *Primæ Diei.* *67. 4.*

4 In Diſtinctione Rerum,
Lucem in Primâ Dierum
Exoriri decuit.

1 POSTERA die confectum
Firmamentum 2 Aquis tectum;
3 Has ab illis ſecuit.

Secundæ. *68. 4.*

4 Terram vnam Cœli plures
Cingunt, ſicut vnum plures
Centrum Cingunt Circuli.

1 TERTIA moles Aquarum
Confluxerunt, 2 & Plantarum
Germinarunt Surculi.

Tertiæ. 69. 2.

Quarta. 70. 3. [1] QVARTA dedit Luminosa
Corpora, [2] iustâ de causâ,
[3] Quæ non sunt Viuentia.

Quinta. 71. 1. [1] AVES Quintâ didicerunt
Volare, Pisces cœperunt
Pernatare Maria.

Sexta. 72. 1. [1] SEXTA fuit Grex eductus
Pecorum, Homo productus
Vniuersis præfuit.

Septima Dies. 73. 3. [1] SEPTIMAM, in quâ compleuit
Deus opus, [2] & quieuit,
[3] Sibi Sacram voluit.

Septé Dies in Cómuni. 74. 3. [1] CVM Septena describatur
Benè dies, [2] non dicatur
Vnica, sed Plurima.

[3] In illâ Descriptione,
Scriptura locutione
Vtitur aptissimâ.

ANIMAE HVMANAE *Natura. 75. 7.* [1] ANIMAM ne corpus puta,
[2] Subsistenti nostræ [3] Bruta
Obtinent oppositam.

[4] Nec hominem illam dicas,
[5] Nec ex Materiâ ducas
Et Formâ compositam.

6 Dic potius Immortalem,
7 Et Angelo non æqualem
Naturæ principijs.

1 Hæc Corpori ſociatur — *Vnio cum corpore. 76. 8.*
Vt Forma, 2 quæ variatur
Pro ſubjectis varijs.

3 Vnius Animam vnam,
4 Vt vnius Formam vnam,
5 Bellè junctam dicimus.

6 Non vnitam Accidente,
7 Vel medio vinciente
Corpuſculo credimus.

8 In Toto Corpore, Totam
Se Præſentem ſiſtit, Totam,
In ſingulis Partibus.

1 Ab Anima diſtinguuntur — *Potẽtia in genere. 77. 8.*
Potentiæ, 2 diuiduntur
3 Objectis & actibus.

4 Ordine ſibi cohærent,
5 Animæ ſimul inhærent,
6 Ex quâ ſimùl prodeunt.

7 Hæc ex illâ deriuatur;
8 Cùm Anima Separatur,
Quædam ſtatim pereunt.

Potẽtia vegetatiua & sensitiua. 78.4.

[1] QVINVM Genus est earum;
[2] Trium Vegetatiuarum
Numerum probaueris.

[3] Vt Quinque Sensus Externos,
[4] Ità Quatuor Internos,
Congruè distinxeris.

Potentia intellectiua. 79.13.

[1] FACVLTAS Intellectiua,
[2] Cum sit in suis Passiua
Operationibus,

[3] Alter Agens Intellectus
[4] Animæ fuit adjectus,
[5] Non vnus in omnibus.

[6] Sedet in Intellectiuâ
Parte Vis Memoratiua,
[7] Et hæc Intellectus est.

[8] Ratio, [9] siuè Superna,
Siuè dicatur Inferna,
Cum hoc vna virtus est.

[10] Vt ab actu virtus differt,
Intellectus ita differt
Ab Intelligentiâ.

[11] Hic prout Speculatiuus,
Et Praxeos directiuus,
Est vna potentia.

[12] Synderesim appellabis
Habitum, [13] existimabis
Actum Conscientiam.

[1] FACVLTATEM Appetitum, *Potentia*
[2] Iure dicas bipartitum *Appetitiua. 80. 2.*
In binam potentiam.

[1] NVLLATENVS Cognoscentem, *Sensualitas. 81. 3.*
Sed vim tantùm Appetentem
Sonat Sensualitas.

[2] Et hæc quidem geminatur,
In duas vires secatur,
[3] Rationi subditas.

[1] VOLVNTAS necessitate *Voluntas. 82. 5.*
Vult quædam; [2] ex libertate
Se quibusdam admouet.

[3] Hæc ex innato defectu
Inferior Intellectu,
[4] Intellectum præmouet.

[5] In eâ Concupiscentis,
Et virtutis Irascentis,
Discrimen fictitium.

[1] NOSTRVM [2] dicit Facultatem *Liberum*
[3] Appetentem, [4] Voluntatem, *arbitriũ. 83. 4.*
Liberum Arbitrium.

Cognitio rerum corporearum. 84. 8.

[1] INTELLECTV mens cognoſcit
Corporea, [2] ſed non noſcit
Per ſuam Eſſentiam.

[3] Nec ſpeciebus innatis
Vtitur, [4] nec miniſtratis
Per Intelligentiam.

[5] In Ideis fit Æternis
[6] Noſtra naſcens ab Externis
Rebus intellectio.

[7] Ad Phantaſma nî vertatur,
[8] Aut ſi Senſus alligatur,
Mens caret judicio.

Modus & ordo intelligendi. 85. 8.

[1] QVÆ ſpecies Abſtrahuntur,
[2] Sunt id quo percipiuntur
Objecta corporea.

[3] Prior eſt Communiorum
Cognitio ; [4] Plurimorum
Datur ſimultanea.

[5] Intellectus Componendo
Procedit & Diuidendo,
[6] Aliàs non fallitur.

[7] Mente perſpicaciori,
Objectum penitiori
Receſſu [illegible]nſpicitur.

[8] Eſt

[5] Eſt diuiſibile Totum
Quadantenùs ante notum
Quàm Indiuiſibile.

[1] SINGVLARE, [2] finitumque,
[3] Contingenſque, [4] futurumque;
Eſt intelligibile.

Objectum in rebus materialibus. 86. 4.

[1] ANIMA ſe non cognoſcit
Per ſe, [2] nec habitus noſcit
Per horum eſſentiam.

Cognitio ſui. 87.4.

[3] Intellectûs facultatis
Actuum, [4] & voluntatis,
Obtinet notitiam.

[1] MENTES in ſe non attingit,
[2] Ad has ductu non pertingit
Rerum ſenſibilium.

Cognitio rerum ſuperiorum. 88. 3.

[3] Quod ab eâ cognoſcatur,
Deus primum non putatur
Objectorum omnium.

[1] A CORPORE ſegregata
Cognoſcit; [2] hanc ſeparata
Non latet ſubſtantia.

Cognitio in ſtatu ſeparationis. 89. 8.

[3] Cuncta nouit indiſtinctè
Naturalia, [4] diſtinctè
Quædam ſingularia.

5 Scientiæ partæ ſeruans
Habitus, 6 actus obſeruans,
7 A locis abſoluitur.

8 Sine reuelatione,
Natiuâ cognitione,
Neſcit quid hîc agitur.

Productio. 90. 4.

1 Est ens factum, 2 ex non ente,
3 Deo ſolo producente,
4 Non ante corpuſculum.

Productio corporis primi hominis. 91. 4.

1 Istvd ex limo confectum
2 A ſolo Deo 3 perfectum,
4 Teſtatur Oraculum. a

Productio fœminæ. 92. 4.

1 Mvlierem tunc plaſmauit,
2 Viri 3 coſtam animauit,
4 Sola Dei dextera.

Productionis hominis finis. 93. 9.

1 Imaginem Dei præfert
Natura noſtra, 2 non refert
Mente carens altera.

3 In Angelis eniteſcit
Splendidiùs, 4 eluceſcit
In quolibet homine.

5 Vibrat vnum Trinum Numen,
Signatum ſuper nos lumen
Vultûs tui Domine.

a *Gen. 2. v. 7.*

[6] Penès mentem, [7] mentis actum,
[8] Deum menti patefactum,
Hæc Imago cernitur.

[9] Similitudinem Dei
Inter & Iconem Dei,
Discrimen concipitur.

PRIMI HOMINIS STATVS

Quoad intellectum. 94. 4.

[1] DEVM Adam non videbat,
[2] Nec Angelos; [3] percallebat
Cuncta, [4] falli nescius.

Quoad voluntatem. 95. 4.

[1] GRATIAM, [2] & passiones,
[3] Virtutes habebat omnes,
[4] Et meritum amplius.

Quoad dominium. 96. 4.

[1] TVNC Brutis dominabatur,
[2] Et cæteris vtebatur
Rebus ad arbitrium.

[3] Pares omnes non fuissent,
[4] In alios habuissent
Alij dominium.

Quoad cõseruationẽ Indiuidui. 97. 4.

[1] MORTIS erant, [2] & dolorum
Expertes, [3] per vim ciborum,
[4] Et Vitalis Arboris.

Quoad cõseruationẽ speciei. 98. 2.

[1] CONSTAT Generationem
Fore [2] per commixtionem
Vtriusque corporis.

Quoad cōditionem naturalem prolis. 99. 2.

1 MEMBRA promptè non mouissent
Recèns nati, 2 qui fuissent
Sexûs vtriûslibet.

Quoad iustitiā prolis. 100. 2.

1 IVSTVS erat procreandus,
2 Sed non in hac confirmandus
Iustitiâ quilibet.

Quoad sciétiam prolis. 101. 2.

1 NON omni cognitione,
2 Nec perfectâ ratione
Infans esset præditus,

Quoad locum. 102. 4.

1 IN terrenum, 2 incolendum,
Paradisum 3 excolendum,
4 Adam est transpositus.

CREATVRARVM *Gubernatio. 103. 8.*

1 HVNC aliquis Regit Mundum,
2 Qui nonnihil extrà mundum,
Vt finem assequitur.

3 Orbem vnum Regit vnus;
4 Ex Regimine non vnus
Effectus consequitur.

5 Sibi subdit vniuersa,
6 Quæ voluit per diuersa
Instrumenta regere.

7 Præter ejus voluntatem,
8 Siue contrà potestatem,
Nil potest accidere.

[1] RES conseruat [2] mediatè; *Conserua-*
Quas, [3] (cùm præstet facultate,) *tio. 104.*
[4] Ad nihil non redigit. *4.*

[1] MATERIAM, [2] corpus, [3] mentem, *Immuta-*
[4] Vim transmutat appetentem, *tio. 105. 8.*
[5] Causas intùs dirigit.

[6] A cursu rerum recedit,
[7] Et miracula tunc edit,
[8] Inter se disparia.

[1] ANGELVS illuminatur *ANGELO-*
Ab Angelo, [2] non mutatur *RVM Il-*
Libera potentia. *luminatio.*
106. 4.

[3] Non Minor Superiorem,
[4] Sed Major Inferiorem
Suo donat lumine.

[1] INTER se confabulantur, *Locutio.*
[2] Superiores affantur, *107. 5.*
[3] Loquuntur cum Numine.

[4] Locis non impediuntur;
[5] Dùm priuatim colloquuntur,
Non audiunt alij.

[1] NVMERVS Hierarchiarum *Bonorum*
Hos distinguit; [2] variarum, *coordina-*
Sunt ordines varij. *tio. 108.*
8.

3 Sunt Ordinum ſingulorum;
Quamplurimi; 4 diuerſorum
A naturâ graduum.

5 Sapientèr appellati,
6 Elegantèr ordinati,
7 Manent in perpetuum.

8 Inter ipſos adlegemur,
Et ad ſedes euehemur,
Quas habebant perditi.

Malorum coordinatio. 109. 4.

1 ET hi quidem ordinantur,
2 Præſunt, 3 non illuminantur,
4 Et ſunt bonis ſubditi.

Operatio in res corporeas. 110 4.

1 CORPOREA tractant Mentes,
2 Materiam non valentes
Ad nutum ſubjicere.

3 Hæc locali motu poſſunt
Tranſmutare, 4 ſed non poſſunt
Miracula facere.

Operatio in homines. 111. 4.

1 MENTEM noſtram illuſtrare,
2 Non voluntatem verſare,
Suis queunt viribus.

3 Sed vim imaginatiuam,
4 Vt & quamuis ſenſitiuam,
Suis ſubdunt nutibus.

[1] MINISTRATVRI mittuntur, *Missio. 112.*
[2] Non omnes, [3] nec qui dicuntur *4.*
Aſſiſtere Numini.

[4] Nec ſecundæ qui vocantur
Hierarchiæ, delegantur
Ordines tergemini.

[1] AB his homo cuſtoditur, *Bonorum*
[2] Vnus ab vno munitur, *Protectio.*
[3] Ex choro nouiſſimo. *113. 8.*

[4] Vnuſquiſque [5] vixdùm natus,
[6] Ad mortem vſque ſeruatus
Zelo conſtantiſſimo.

[7] Neque tamen afflictantur
De malis quæ tolerantur
A ſuis clientibus.

[8] Interdùm digladiantur,
Et inter ſe diſſecantur
Opinationibus.

[1] Nos acritèr impugnare, *Malorum*
[2] Et malignè nos tentare *Impugna-*
Dæmonis eſt proprium. *tio. 114.*
5.

[3] Non omnium peccatorum
Author eſt; [4] Miraculorum
Author eſt fallacium.

5 Cessat victus prouocare,
Expugnatus impugnare,
Compotem victoriæ.

Actio corporalis creaturæ. 115. 6.

1 CORPVS habet actiones;
2 Seminales rationes
Insident materiæ.

3 Sunt motus inferiorum,
4 Non actuum humanorum
Sub cœli dominio.

5 Huic Dæmones non subduntur,
6 Huic subdita rapiuntur
Motu necessario.

Fatum. 116. 4.

1 FATVM extat 2 in creatis,
3 Immobilis firmitatis,
4 Cui non subsunt omnia.

Actio hominis. 117. 4.

1 A NOBIS Homo docetur,
2 Non Angelus; 3 non mouetur
Per mentem materia.

4 Corpus ab hâc separatâ,
Sed virtute non innatâ,
Localiter agitur.

Traductio hominis quoad animam. 118. 3.

1 CVM semine, sensitiua,
2 Non autem intellectiua
Anima traducitur.

[3] Humanas ab ortu mundi
Non ortas, ſed nunc infundi
Videtur perſpicuum.

[1] CONVERSIO nutrimenti
Fit in carnem; [2] alimenti
Semen eſt ſuperfluum.

Propagatio corporis. 119. 2.

Explicit Canticum primum.





HYMNVS ANGELICVS.

CANTICVM SECVNDVM SEV PRIMA SECVNDÆ

QQ. 114. AA. 619.

Vltimus finis in genere. *q.* 1. *aa.* 8.

[1] HOMO [2] non ſolus ob finem
Agit [3] actûs juxta finem
Species eſt propria.

[4] Eſt vltimus finis vnus,
[5] Vnius hominis vnus,
[6] Propter quem vult omnia.

[7] Hic omnibus eſt communis
Hominibus, [8] eſt communis
Creaturis omnibus.

BEATITVDINIS *Objectum.* 2. 8.

[1] FOELICITAS non in vanis
Opibus, [2] non in mundanis
Conſiſtit honoribus.

[3] Non in Famâ, [4] Poteſtate,
[5] Bono carnis, [6] Voluptate,
[7] Bono mentis [8] condito.

[1] BEATITATEM formalem *Forma. 3.*
Creatam, [2] actum vitalam; *8.*
[3] Non ſenſuum, dicito.

[4] Nam partis intellectiuæ,
Mentis [5] quà ſpeculatiuæ
Hæc eſt operatio.

[6] Non quorumuis eſt ſcitorum,
[7] Nec ipſorum Angelorum,
[8] Sed eſt Dei Viſio.

[1] IN Fœlicitatis bonis *Appendi-*
Bonum delectationis *cos. 4. 8,*
[2] Non eſt pars potiſſima.

[3] Comprehenſio dilecti
Deſideratur objecti;
[4] Voluntas rectiſſima.

[5] Vt inſuper ſit perfecta,
Corpus, [6] & corporis recta
Iuuat diſpoſitio.

[7] Non bonorum externorum
Copiâ, [8] non amicorum
Eget contubernio.

Adeptio. 5. 8.

[1] HOMO poteſt eſſe fœlix;
[2] Hic plùs illo; [3] Nemo fœlix
Hoc in Orbe viſitur.

[4] Semel fœlix ſemper fœlix;
[5] Vi naturæ ſolâ fœlix
Nemo conſtituitur.

[6] Nos beare non eſt curæ
Altioris creaturæ,
Sed hoc Deo competit.

[7] Fœlix ſtatus eſt factorum
Merces operum bonorum,
[8] Quem nemo non appetit.

Voluntarium 6, 8.

[1] VOLVNTARIVM perfectum
Eſt in nobis, [2] imperfectum
Eſt in animantibus,

[3] Actu dempto reperitur,
[4] In omnibus inuenitur
Voluntatis actibus.

[5] Vis id tollit, [6] non Formido,
[7] Eius eſt cauſa Libido,
[8] Vt & Ignorantia.

Circũſtantiæ humanorum actuum. 7. 4.

[1] CIRCVMSTANTIÆ noſtrorum
Sunt actuum humanorum
Quædam accidentia.

[2] A Theologo docenda,
[3] Ex Philoſopho promenda;
[4] Duo ſunt primaria.

[1] VOLVNTAS in Bonum tantùm,
Tendit, [2] non in finem tantùm,
[3] Sed ſimùl in media.

VOLVNTATIS Obiectum. 8. 3.

[1] PER mentem, [2] Per appetitum,
[3] Per ſe, [4] Per foràs quæſitum
Obiectum impellitur.

Motiuum. 9. 6.

[5] Hæc à cœlo non mouetur
[6] Sed à Deo præmouetur,
Cui ſoli ſubijcitur.

[1] QVÆDAM amat ex naturâ,
[2] Nec libertatis iactura
Ex obiecto ſequitur.

Modus quo mouetur. 10. 4.

[3] Neceſſitatem, permota
Appetitu, [4] vel præmota
à Deo, non patitur.

[1] FRVITVR ([2] quod belluinæ
Non eſt vîs) [3] Vltimo fine,
[4] Quem nondùm obtinuit.

ACTVS Fruitionis 11. 4.

[1] INTENDIT [2] quoſuis [3] disiunctos
[4] Fines, medijs adiunctos;
[5] Quod Brutis non congruit.

Intentionis. 12. 5.

Electionis. [1] IPSIVS eſt, [2] non Brutorum,
13. 6. [3] Media [4] faciendorum
Operum eligere.

[5] Poſſibilis judicetur
Finis, ob quem exercetur
Electio [6] liberè.

Conſiliȷ. [1] CONSILIO veſtigamus
14. 6. [2] Media, [3] quibus tractamus
[4] Aliquod negotium.

[5] Ordine reſolutiuo,
[6] Non autem infinitiuo
Procedit Conſilium.

Conſensûs [1] VOLVNTATIS, [2] non Brutorum
15. 4. Conſenſus eſt, [3] Mediorum,
[4] Summæ partis animi.

Vsûs. 16. [1] EST eiuſdem actus vſus;
4. [2] Hic à Brutis eſt excluſus:
[3] Non eſt finîs vltimi.

[4] Poſcit ordo rationis,
Vt actus Electionis,
Vſu ſit anterior.

Imperiȷ. [1] IMPERIO, (quod eſt mentis
17. 3. Opus, [2] non mente carentis,)
[3] Vſus eſt poſterior.

[4] Qui jubetur & qui jubet
Vnus actus sunt ; [5] quò lubet
Voluntas inflectitur.

[6] Menti, [7] parti sensitiuæ,
[8] Non parti vegetatiuæ,
[9] Sed membris præcipitur.

BONITAS ET MALITIA *Actuū humanorū in genere.* 18. 11.

[1] FACTIS malis, factis bonis,
[2] Objectum, [3] Adjuncta, [4] Finis,
[5] Species attribuunt.

[6] Eas quæ fine nascuntur,
[7] Ex objecto quæ gignuntur
Sibi non substituunt.

[8] Actus nec bonus nec malus
Specie, [9] bonus vel malus
Fit in indiuiduo.

[10] Accidente vel mutatur
Species [11] vel aggrauatur
Actibus contiguo.

Actus interni voluntatis. 19. 10.

[1] BONA voluntas objecto,
[2] Solo, [3] per mentem porrecto,
[4] Dei legi consono.

[5] Insons esse tunc desistit,
Dictamini cùm resistit
Veritati dissono.

6 Sed innocens non persistit,
Hæc quoties non obsistit
Erranti judicio.

7 Fine bono fit hæc bona,
8 Semper non est tantùm bona
Quantùm est Intentio.

9 Pendet ex conformitate
Cum Diuinâ voluntate
Tota nostra probitas.

10 Penès volitum formale,
Non penès materiale,
Hæc esto conformitas.

Actûs externi. 20. 6.

1 PRAVITAS actûs interni
Prior extat quàm externi;
2 Hæc ex illâ nascitur.

3 Quin est vna, 4 quæ completur
Per externam, 5 & augetur
Casu qui prænoscitur.

6 Nullus actus studiosus
Conjunctìm & Vitiosus
Est in Moris ordine.

Actuum humanorum consectaria. 21. 4.

1 RECTVM 2 jure collaudatur
Bonum opus, 3 præmiatur
4 Ab Æterno Numine.

1 IN

[1] IN Animâ Paſſiones
[2] Sunt quædam affectiones
Appetitûs [3] infimi.

PASSIONVM Subjectū. 22. 3.

[1] ALII ſunt Iraſcentis,
Alij Concupiſcentis,
Iſti motus animi.

Differentia. 23. 4.

[2] Priores quidem acceſſu,
Ad terminum & receſſu
Sibi bellum inferunt.

[3] Iræ nulli colluctantur;
[4] Pacificè conuerſantur,
Qui ſpecie differunt.

[1] VT ſubduntur rationi,
Fiunt mali, fiunt boni,
[2] Non omnes ſunt noxij.

Bonitas & malitia. 24. 4.

[3] Sic augmento ſunt moralîs
Bonitatis, [4] vt ſint talîs
Secundùm ſe neſcij.

[1] NON ſolùm ad Iraſcentem,
Sed & ad Concupiſcentem.
Ex his primi pertinent.

Ordo. 25. 4.

[2] Amor primus eſt iſtius
Affectuum, [3] Spes illius;
[4] Quatuor præeminent.

AMORIS *Natura.* *26. 4.*

[1] AMOR est Cupiditatis
[2] Passio, [3] sed Voluntatis
Dilectio propriè.

[4] Assignatur duplex, alter
Amicitiæ, cùm alter
Sit Concupiscentiæ.

Causa. 27. 4.

[1] GIGNITVR ex bonitate,
[2] Cognitâ [3] conformitate,
[4] Non ex Passionibus.

Effectus. 28. 6.

[1] COMMVNICAT vnionem,
[2] Mutuam inhæsionem,
[3] Extasim amantibus.

[4] Hic inflammat eos zelo,
[5] Hic non lædit eos telo,
[6] Nec finit in otio.

Odium. 29. 6.

[1] ODI malum [2] ex amore
[3] Odijs potentiore.
[4] Mihi non sum odio.

[5] Verum non est odiosum;
[6] In genere quid exosum
Interdùm respuitur.

Concupiscentia. 30. 4.

[1] CVPIDITAS animalis
Appetitûs, [2] specialis
Passio statuitur.

[3] Eſt alia naturalis,
Alia non naturalis,
[4] Quæ limites proterit.

[1] QVISQVE Delectationem
Sentit eſſe Paſſionem,
[2] Quæ momento præterit.

DELECTATIONIS *Natura*. 31. 8.

[3] Cum Gaudio non confundi,
[4] Voluntatem his perfundi,
[5] Quæ ſuperant alias,

[6] Majores eſſe carnales
In Tactu, [7] non naturales
Quaſdam, [8] & contrarias.

[1] CERTAM cunctæ conſequuntur
Actionem, [2] producuntur
Motu, [3] Spe, Memoriâ.

Cauſæ. 32. 8.

[4] Euaſcuntur ex Mœrore,
[5] Ex aliorum labore,
[6] Ex Beneficentiâ.

[7] Iuuabit Similitudo,
[8] Et, ſi qua ſit pulchritudo,
Eius Admiratio.

[1] COR dilatant, [2] ſitis creſcit
Per has ipſas, [3] mens hebeſcit,
[4] Perficitur Actio.

Effectus. 33. 4.

Bonitas & malitia. 34. 4.

1 OMNES malæ non vocentur,
2 Omnes bonæ non putentur;
3 Quædam est quid optimum

4 Harum vsus Bonitatis
Moralîs aut Prauitatis
Signum est certissimum.

DOLORIS *Natura. 35. 8.*

1 RITE Dolor collocatur
Affectus, 2 & æstimatur
Idem ac Tristitia.

3 Voluptates auersatur;
4 Non omnibus aduersatur
Quæcunque mæstitia.

5 Vllâ non sunt interceptæ
A Contemplante perceptæ
Spiritûs deliciæ.

6 Major appetitionis
Vis est Delectationis,
Quàm fugæ Tristitiæ.

7 Sunt dolorum internorum
Longè quàm exteriorum
Majores molestiæ.

8 Congruentèr explicabis,
Et Quatuor numerabis
Species Tristitiæ.

[1] Ex jacturâ Boni ſurgit *Cauſæ. 36. 4.*
Dolor, (Sed minor exurgit
Quam Mali præſentiâ.)

[2] Cupidinis è pruritu,
[3] Vnitatis appetitu,
[4] Poteſtate nimiâ.

[1] FACIT vt vis perturbetur *Effectus. 37. 4.*
Addiſcendi, [2] mens grauetur,
[3] Et langueſcat actio.

[4] Fert corpori detrimenta,
Plura quàm quæuis inuenta
In homine Paſſio.

[1] OMNI Delectatione, *Remedia. 38. 5.*
[2] Fletu, [3] Miſeratione,
Lenitur Triſtitia.

[4] Actus Contemplatiuorum
[5] Somnus, Vſus balneorum,
Sunt eius Remedia.

[1] BONA quædam, [2] honeſtate *Bonitas & malitia. 39. 4.*
Præſtat, [3] & vtilitate;
[4] Nec malum eſt maximum.

[1] EST inter motum Sperandi, *Spes. 40. 8.*
Et actum Deſiderandi,
Diſcrimen latiſſimum.

Subjectũ. 50. 6. [1] IN corpore, [2] facultate,
[3] Sensu, [4] mente, [5] voluntate,
[6] In Angelis positus.

Diuisio ex parte causa. 51. 4. [1] ADMITTENDVS est innatus,
[2] Actu [3] crebro comparatus,
[4] Infusus diuinitùs.

Augmentum. 52. 3. [1] SVSCIPIT intensionem,
[2] Sed non per additionem,
[3] Nec per actum quemlibet.

Corruptio. 53. 3. [1] VEL penitùs hunc amittit,
[2] Vel admodùm hunc remittit,
[3] Quisquis actus cohibet.

distinctio. 54. 4. [1] PLVRES simul conjunguntur
Vnâ sede, [2] sejunguntur.
Objectis disparibus.

[3] Siuè bonis siuè malis,
[4] Non constat vnus totalis
Multis partialibus.

VIRTVTVM *Natura. 55. 4.* [1] HABITVS [2] actiuitate
Præstans [3] sicut bonitate,
Virtus [4] circumscribitur.

Subjectũ. 56. 6. [1] POTENTIIS hæc adhæret;
[2] Vna multis non inhæret;
[3] In mentem inseritur.

[4] Vim

[4] Vim ſensûs Appetitiuam,
([5] Non autem Apprehenſiuam,)
[6] Voluntatem perficit.

[1] HABITVS Intellectricem
Vim, prout Speculatricem,
Virtus [2] Triplex afficit.

Intellectualium distinctio. 57. 6.

[3] Ars eſt virtus, [4] ſeponenda
A Prudentiâ, [5] ponendâ
[6] Cum Tribus Comitibus.

[1] HINC, non omnes ſunt Morales;
[2] Quæ ſunt Intellectuales,
Diſtant à Moralibus.

Moralium distinctio ab Intellectualibus. 58. 5.

[3] Ita, bene diuiduntur
[4] Illæ cum His conjunguntur,
[5] Et vice contrariâ.

[1] MORALIS non habeatur
Paſſio, [2] quamuis jungatur
Cum hac [3] & Triſtitiâ.

Moralium Habitudo ad Passiones. 59. 5.

[4] Circa Paſſiones omnis
Non verſatur, [5] verùm omnis
Iiſdem annectitur.

[1] NON eſt vna; [2] Paſſionum
Directrix ab Actionum
Rectrice diſtinguitur.

Moralium distinctio ab inuicē. 60. 5.

Electionis. [1] IPSIVS est, [2] non Brutorum,
13. 6. [3] Media [4] faciendorum
Operum eligere.

[5] Possibilis judicetur
Finis, ob quem exercetur
Electio [6] liberè.

Consilij. [1] CONSILIO vestigamus
14. 6. [2] Media, [3] quibus tractamus
[4] Aliquod negotium.

[5] Ordine resolutiuo,
[6] Non autem infinitiuo
Procedit Consilium.

Consensûs [1] VOLVNTATIS, [2] non Brutorum
15. 4. Consensus est, [3] Mediorum,
[4] Summæ partis animi.

Vsûs. 16. [1] EST eiusdem actus vsus;
4. [2] Hic à Brutis est exclusus:
[3] Non est finis vltimi.

[4] Poscit ordo rationis,
Vt actus Electionis,
Vsu sit anterior.

Imperij. [1] IMPERIO, (quod est mentis
17. 9. Opus, [2] non mente carentis,)
[3] Vsus est posterior.

[4] Qui jubetur & qui jubet
Vnus actus sunt ; [5] quò lubet
Voluntas inflectitur.

[6] Menti, [7] parti sensitiuæ,
[8] Non parti vegetatiuæ,
[9] Sed membris præcipitur.

[1] FACTIS malis, factis bonis,
[2] Objectum, [3] Adjuncta, [4] Finis,
[5] Species attribuunt.

BONITAS ET MALITIA *Actuũ humanorũ in genere.* 18. 11.

[6] Eas quæ fine nascuntur,
[7] Ex objecto quæ gignuntur
Sibi non substituunt.

[8] Actus nec bonus nec malus
Specie, [9] bonus vel malus
Fit in indiuiduo.

[10] Accidente vel mutatur
Species [11] vel aggrauatur
Actibus contiguo.

[1] BONA voluntas objecto,
[2] Solo, [3] per mentem porrecto,
[4] Dei legi consono.

Actus interni voluntatis. 19. 10.

[5] Insons esse tunc desistit,
Dictamini cùm resistit
Veritati dissono.

[6] Sed innocens non persistit,
Hæc quoties non obsistit
Erranti judicio.

[7] Fine bono fit hæc bona,
[8] Semper non est tantùm bona
Quantùm est Intentio.

[9] Pendet ex conformitate
Cum Diuinâ voluntate
Tota nostra probitas.

[10] Penès volitum formale,
Non penès materiale,
Hæc esto conformitas.

Actûs externi. 20. 6.

[1] PRAVITAS actûs interni
Prior extat quàm externi;
[2] Hæc ex illâ nascitur.

[3] Quin est vna, [4] quæ completur
Per externam, [5] & augetur
Casu qui prænoscitur.

[6] Nullus actus studiosus
Conjunctìm & Vitiosus
Est in Moris ordine.

Actuum humanorum consectaria. 21. 4.

[1] RECTVM [2] jure collaudatur
Bonum opus, [3] præmiatur
[4] Ab Æterno Numine.

[1] IN

[1] IN Animâ Paſſiones PASSIONVM Subjectũ. 22. 3.
[2] Sunt quædam affectiones
Appetitûs [3] infimi.

[1] ALII ſunt Iraſcentis, Differentia. 23. 4.
Alij Concupiſcentis,
Iſti motus animi.

[2] Priores quidem acceſſu,
Ad terminum & receſſu
Sibi bellum inferunt.

[3] Iræ nulli colluctantur;
[4] Pacificè conuerſantur,
Qui ſpecie differunt.

[1] VT ſubduntur rationi,
Fiunt mali, fiunt boni, Bonitas & malitia. 24. 4.
[2] Non omnes ſunt noxij.

[3] Sic augmento ſunt moralîs
Bonitatis, [4] vt ſint talîs
Secundùm ſe neſcij.

[1] NON ſolùm ad Iraſcentem, Ordo. 25. 4.
Sed & ad Concupiſcentem.
Ex his primi pertinent.

[2] Amor primus eſt iſtius
Affectuum, [3] Spes illius;
[4] Quatuor præeminent.

Amoris Natura. 26. 4.

[1] AMOR est Cupiditatis
[2] Passio, [3] sed Voluntatis
Dilectio propriè.

[4] Assignatur duplex, alter
Amicitiæ, cùm alter
Sit Concupiscentiæ.

Causa. 27. 4.

[1] GIGNITVR ex bonitate,
[2] Cognitâ [3] conformitate,
[4] Non ex Passionibus.

Effectus. 28. 6.

[1] COMMVNICAT vnionem,
[2] Mutuam inhæsionem,
[3] Extasim amantibus.

[4] Hic inflammat eos zelo,
[5] Hic non lædit eos telo,
[6] Nec sinit in otio.

Odium. 29. 6.

[1] ODI malum [2] ex amore
[3] Odijs potentiore.
[4] Mihi non sum odio.

[5] Verum non est odiosum;
[6] In genere quid exosum
Interdùm respuitur.

Concupiscentia. 30. 4.

[1] CVPIDITAS animalis
Appetitûs, [2] specialis
Passio statuitur.

3 Eſt alia naturalis,
Alia non naturalis,
4 Quæ limites proterit.

1 QVISQVE Delectationem
Sentit eſſe Paſſionem,
2 Quæ momento præterit.

DELECTATIONIS Natura. 31. 8.

3 Cum Gaudio non confundi,
4 Voluntatem his perfundi,
5 Quæ ſuperant alias,

6 Majores eſſe carnales
In Tactu, 7 non naturales
Quaſdam, 8 & contrarias.

1 CERTAM cunctæ conſequuntur
Actionem, 2 producuntur
Motu, 3 Spe, Memoriâ.

Cauſa. 32. 8.

4 Euaſcuntur ex Mœrore,
5 Ex aliorum labore,
6 Ex Beneficentiâ.

7 Iuuabit Similitudo,
8 Et, ſi qua ſit pulchritudo,
Eius Admiratio.

1 COR dilatant, 2 ſitis creſcit
Per has ipſas, 3 mens hebeſcit,
4 Perficitur Actio.

Effectus. 33. 4.

Bonitas & malitia. 34. 4. 1 OMNES malæ non vocentur,
2 Omnes bonæ non putentur;
3 Quædam eſt quid optimum

4 Harum vſus Bonitatis
Moralîs aut Prauitatis
Signum eſt certiſſimum.

DOLORIS *Natura. 35. 8.* 1 RITE Dolor collocatur
Affectus, 2 & æſtimatur
Idem ac Triſtitia.

3 Voluptates auerſatur;
4 Non omnibus aduerſatur
Quæcunque mæſtitia.

5 Vllâ non ſunt interceptæ
A Contemplante perceptæ
Spiritûs deliciæ.

6 Major appetitionis
Vis eſt Delectationis,
Quàm fugæ Triſtitiæ.

7 Sunt dolorum internorum
Longè quàm exteriorum
Majores moleſtiæ.

8 Congruentèr explicabis,
Et Quatuor numerabis
Species Triſtitiæ.

[1] Ex jacturâ Boni ſurgit *Cauſa. 36.*
Dolor, (Sed minor exurgit *4.*
Quam Mali præſentiâ.)

[2] Cupidinis è pruritu,
[3] Vnitatis appetitu,
[4] Poteſtate nimiâ.

[1] FACIT vt vis perturbetur *Effectus.*
Addiſcendi, [2] mens grauetur, *37. 4.*
[3] Et langueſcat actio.

[4] Fert corpori detrimenta,
Plura quàm quæuis inuenta
In homine Paſſio.

[1] OMNI Delectatione, *Remedia.*
[2] Fletu, [3] Miſeratione, *38. 5.*
Lenitur Triſtitia.

[4] Actus Contemplatiuorum
[5] Somnus, Vſus balneorum,
Sunt eius Remedia.

[1] BONA quædam, [2] honeſtate *Bonitas &*
Præſtat, [3] & vtilitate; *malitia.*
[4] Nec malum eſt maximum. *39. 4.*

[1] EST inter motum Sperandi, *Spes. 40.*
Et actum Deſiderandi, *8.*
Diſcrimen latiſſimum.

[2] In appetitu [3] Brutorum
Spes residet, [4] miserorum
Hostis Desperantium.

[5] Est Experti, [6] Iunioris,
Ebrij, Spes, [7] fons amoris,
[8] Agenti præsidium.

TIMORIS *Natura.* *41. 4.*
[1] AFFECTVS est [2] specialis
Timor [3] quidam naturalis;
[4] Cujus sex sunt species.

Objecta. *42. 6.*
[1] MALA [2] Naturæ timenda
[3] Sed non Culpæ, [4] metuenda
Ipsa Metûs facies.

[5] Repentina plùs timemus
Mala, [6] quibus non valemus
Afferre remedium.

Causa. 43. 2.
[1] Ex Amore procreari
Metus potest, [2] generari
Ex defectu virium.

Effectus. *44. 4.*
[1] CONTRAHIT, [2] & consulentes
Timor facit, [3] & trementes,
[4] Et ad opus habiles.

Audacia. *45. 4.*
[1] HIS Audaces opponuntur,
[2] Qui spe multùm eriguntur,
[3] Vbi non sunt debiles.

4 Efferueſcunt in aggreſſu,
Deferueſcunt in progreſſu
Vrgentis diſcriminis.

1 AFFECTVS eſt ſpecialis
Ira, 2 de bonis & malis,
3 Non in vi Cupidinis.

IRAE Natura. 46. 8.

4 Ratione temperatur,
5 Naturæ contemperatur
Plùs Concupiſcentiâ.

6 Plùs odio commendatur;
7 Iuſta vel injuſta datur
8 Triplex Iracundia.

1 QVIDQVID ſit ejus motiuum,
Ei ſemper eſt nociuum,
Quem Ira corripuit.

Cauſa. 47. 4.

2 Contemptu, 3 Nobilitate,
4 Contemnentis Vilitate,
Irâ quis excanduit.

1 QVIS ex eâ delectatur,
2 Cor æſtuat, 3 mens turbatur,
4 Et vox intercluditur.

Effectus. 48. 4.

1 QVALITAS 2 determinata,
3 Et ad actus ordinata,
Habitus 4 exigitur.

HABITVVM Natura. 49. 4.

Subjectū. 50. 6.

[1] IN corpore, [2] facultate,
[3] Sensu, [4] mente, [5] voluntate,
[6] In Angelis positus.

Diuisio ex parte causa. 51. 4.

[1] ADMITTENDVS est innatus,
[2] Actu [3] crebro comparatus,
[4] Infusus diuinitùs.

Augmentum. 52. 3.

[1] SVSCIPIT intensionem,
[2] Sed non per additionem,
[3] Nec per actum quemlibet.

Corruptio. 53. 3.

[1] VEL penitùs hunc amittit,
[2] Vel admodùm hunc remittit,
[3] Quisquis actus cohibet.

Distinctio. 54. 4.

[1] PLVRES simul conjunguntur
Vnâ sede, [2] sejunguntur.
Objectis disparibus.

[3] Siuè bonis siuè malis,
[4] Non constat vnus totalis
Multis partialibus.

VIRTVTVM *Natura. 55. 4.*

[1] HABITVS [2] actiuitate
Præstans [3] sicut bonitate,
Virtus [4] circumscribitur.

Subjectū. 56. 6.

[1] POTENTIIS hæc adhæret;
[2] Vna multis non inhæret;
[3] In mentem inseritur.

[4] Vim

[4] Vim sensûs Appetitiuam,
([5] Non autem Apprehensiuam,)
[6] Voluntatem perficit.

[1] HABITVS Intellectricem
Vim, prout Speculatricem,
Virtus [2] Triplex afficit.

Intellectualium distinctio. 57. 6.

[3] Ars est virtus, [4] seponenda
A Prudentiâ, [5] ponendâ
[6] Cum Tribus Comitibus.

[1] HINC, non omnes sunt Morales;
[2] Quæ sunt Intellectuales,
Distant à Moralibus.

Moralium distinctio ab Intellectualibus. 58. 5.

[3] Ita, bene diuiduntur
[4] Illæ cum His conjunguntur,
[5] Et vice contrariâ.

[1] MORALIS non habeatur
Passio, [2] quamuis jungatur
Cum hac [3] & Tristitiâ.

Moralium Habitudo ad Passiones. 59. 5.

[4] Circa Passiones omnis
Non versatur, [5] verùm omnis
Iisdem annectitur.

[1] NON est vna; [2] Passionum
Directrix ab Actionum
Rectrice distinguitur.

Moralium distinctio ab inuicẽ. 60. 5.

E

[3] Multæ regunt Actiones,
[4] Multæ regunt Passiones,
[5] Objectis multiplices,

Cardinalium Natura. 61. 5.
[1] QVÆ dicuntur Cardinales,
[2] Censæ [3] solas Principales,
[4] Distinctas, [5] Quadruplices.

Theologicarum Natura. 62. 4.
[1] THEOLOGICÆ [2] secedunt
Ab His, [3] & Tres [4] Sic incedunt,
Fides, Spes, & Charitas.

Omnium causa. 63. 4.
[1] VIRTVTES non innascuntur;
[2] Acquiruntur, [3] Infunduntur;
[4] Hinc patet diuersitas.

Medium. 64. 4.
[1] IN Medio [2] rationis
Consistunt, (exceptionis
Sit locus Iustitiæ.)

[3] Student Intellectuales
Medio; [4] Theologales
Sunt ab hoc eximiæ.

Connexio. 65. 5.
[1] SVNT Morales catenatæ
[2] Non absunt à Charitate,
[3] Nec ab ipsis Charitas.

[4] Fides & Spes Charitate
Semper non sunt informatæ;
[5] Semper cum his Charitas.

[1] SIC omnes ſunt inæquales, *Æqualitas. 66. 6.*
[2] Vt omnes fiant æquales
In eodem homine,

[3] Verùm Intellectuales
Digniore quàm Morales
Collocantur ordine.

[4] Eſt Æquitas princeps ſui,
[5] Et Sapientia ſui,
[6] Vt & ſui Charitas.

[1] QVÆ ſunt Morum, [2] Mentis, adſunt, *Duratio. 67. 6.*
[3] Fides [4] & Spes [5] prorsùs abſunt
Poſt mortem, [6] ſtat Charitas.

[1] DISTINGVI Dona cenſemus Dona. 68. 1.
A Virtutibus; [2] Egemus
Illis [3] vt Habitibus.

[4] Septena [5] connexa [6] perſtant;
[7] Alijs alia præſtant,
[8] Præſtant & Virtutibus.

[1] AD Virtutes & ad Dona, Beatitudines, 69. 4.
Beatitudinum bona
Accedunt inſignia.

[2] Hâc in vitâ munerantur,
[3] Et præclarè numerantur,
Tàm ipſæ, [4] quàm præmia.

Fructus Spiritûs Sãcti. 70. 4.

1 FRVCTVS Spiritûs adduntur,
2 Et ab ipsis secluduntur
Beatitudinibus.

3 Appositè computantur,
4 Oppositè comparantur
Cum Carnis Operibus.

PECCATORVM *Natura.* *71. 6.*

1 VIRTVS cum Vitio pugnat;
2 Istud Naturæ repugnat;
3 Peccatum plùs oderis.

4 Quod Virtutem non excludens,
5 Semper actum non includens,
6 Probè definieris.

Distinctio. *72. 9.*

1 SPECIE multiplicatur
Penès objecta, 2 patratur
Per Corpus & Animum.

3 Specificè non mutatur
Penès causas, 4 perpetratur
In Deum, Se, Proximum.

5 Reatu, 6 Commissione,
Speciem Omissione
Diuersam ne senseris.

7 Est Graduum diuersorum
Distinctio peccatorum,
Cordis, Oris, Operis.

[8] His Speciem dat Excessus,
His aliam dat Recessus,
[9] Secùs Circumstantia.

[1] NON inuicem vinciuntur, *Compara-tio ad in-uicem. 73. 10.*
[2] Quædam majori vincuntur
Quorumdam Malitiâ.

[3] Hæc penès objecta differt,
[4] Ad hanc oppositæ confert
Virtutis nobilitas.

[5] Spiritalitas, [6] Causarum
[7] Necnon Circumstantiarum
Multiplex diuersitas.

[8] Damnum grauius illatum,
[9] Læsus, [10] & Lædens, peccatum
Augent specialiter.

[1] VOLVNTAS [2] non sola peccat, *Subjectū, 74. 10.*
[3] Nam & Cupiditas peccat,
[4] Non tamen lethaliter.

[5] Sunt & culpæ Rationis;
[6] Moræ Delectationis,
[7] Consensus, [8] Damnabilis.

[9] Per actum malè directum,
[10] Circà proprium objectum
Lapsus excusabilis.

Causa in genere. 75. 4.

[1] CAVSA noxæ, [2] tum Interna
Poteſt eſſe, [3] tum Externa;
[4] Noxa Noxam ſequitur.

Causa, Ignorantia. 76. 4.

[1] FIT Ignorantiæ [2] culpâ;
[3] Tunc non planè vacat culpâ,
[4] Sed ſolùm minuitur.

Causa, Passio. 77. 8.

[1] DVM Paſſio vim volentem
Mouet, [2] & ſuperat mentem,
[3] Lapſus eſt infirmitas.

[4] Amor ſui ſingulorum
Eſt origo peccatorum,
[5] Et Triplex Cupiditas.

[6] Paſſione tenuantur,
[7] Non in totum excuſantur;
[8] Quædam ſunt exitio.

Causa, Malitia. 78. 4.

[1] Ex Malitiâ delinquit
[2] Quiſquis habitu delinquit,
[3] Sed non è contrario.

[4] Ex Affectu perpetrata,
Leuiora ſunt peccata
Quàm certâ malitiâ

Cauſa actûs peccati, Deus, 79. 4.

[1] NON culpam, [2] Sed culpæ curat
Actum Deus, [3] cor indurat,
[4] Vindice juſtitiâ.

[1] CAVSA Dæmon eſt, [2] impellens *Cauſa, Dæmon. 80. 4.*
Interiùs, [3] non compellens,
[4] Alicujus criminis.

[1] PRIMVM [2] ſolum, [3] eſt traductum *Cauſa, Adam. 81. 5.*
Scelus in omnem productum
Hominem vi ſeminis.

[4] In eum non tranſmearet,
Quem Diuina vis formaret
Ex humano corpore.

[5] Eua ſola ſi peccaſſet,
Nunquam virus hoc manaſſet
Ex eius facinore.

[1] Hoc virus eſt Habitudo, PECCATI ORIGINALIS *Natura. 82. 4.*
[2] Vnius vna [3] Libido,
[4] Æqualis in omnibus.

[1] HVIC Anima fit ſubjecta, *Subjectũ. 83. 4.*
[2] Et in ſe priùs infecta
Quàm in ſuis Viribus.

[3] In his prior Voluntatis
[4] Sed Triplicis Facultatis
Major peſtilentia.

[1] RADIX omnium malorum PECCATI *Cauſa, Peccatum. 84. 4.*
Cupiditas; [2] peccatorum
Primum eſt Superbia.

[3] Præterea Specialis
Culpa dicta Capitalis
[4] Est omnino Septuplex.

Effectus, Corruptio boni naturæ, 85. 6.

[1] BONO Naturæ detraxit,
[2] Sed integrum non subtraxit
[3] Vulnus culpæ quadruplex.

[4] Bonum à Tribus deflexit,
[5] Peccatum mortem inuexit,
[6] Aliàs indebitam.

Effectus, Macula. 86. 2.

[1] ANIMA labe sordescit,
[2] Quæ statim non euanescit
Post culpam præteritam.

Effectus Reatus pœna. 87. 8.

[1] POENA crimen insectatur,
[2] Crimine crimen mulctatur,
[3] Æterno supplicio.

[4] Infinita pœna nulla,
[5] Temporalis stat nonnulla,
[6] Remisso flagitio.

[7] Noxa sola promeretur
Pœnam, [8] quâ nemo torquetur
Nisi suo scelere.

Venialis distinctio à mortali, 88. 6.

[1] DISTINGVITVR Veniale
Peccatum contra Mortale,
[2] A quo differt genere.

[3] Sic disponit ad Lethale,
[4] Vt nunquam euadat tale,
[5] Nec per Circunstantiam.

[6] Sed ex genere Mortale,
Quandoque fit Veniale,
Ob inaduertentiam.

[1] CVLPA Leui maculatur *Venialis Natura, 89. 6.*
Anima, [2] quod designatur
Ligno, Fiœno, Stipulâ.

[3] Nec in Adam innocentem,
[4] Nec in Angelicam Mentem
Cadebat hæc macula.

[5] Infideles non labuntur
Grauitèr, dum impetuntur
Motibus Libidinis.

[6] Is leuitèr non peccabit,
In quo solùm habitabit
Peccatum Originis.

[1] LEX mente, [2] Communitatis *LEGIS Natura. 90. 4.*
Bono fit, [3] non à priuatis;
[4] Promulganda subditis.

[1] LEX Æterna, [2] Lex Interna, *Diuisio. 91. 6.*
[3] Lex Humana, [4] Lex Superna
[5] Gemina, [6] Lex Fomitis.

Effectus. [1] LEX efficit ſtudioſos,
92. 2. [2] Lex plectit flagitioſos,
Sinit, vetat, præcipit.

Æterna, [1] LEX Æterna declaratur,
Natura. [2] Omnibus manifeſtatur,
93. 6. [3] Hinc omnis Lex incipit.

[4] Huic non ſubſunt Increata,
Subjiciuntur Creata,
Etſi neceſſaria.

[5] Huic ſubduntur naturales
Effectus accidentales,
[6] Et noſtra Negotia.

Naturalis, [1] NEC habitus eſt innata,
Natura. [2] Præceptis variegata,
94. 6. [3] Et virtutum actibus.

[4] Vna cunctis hæc cenſetur,
[5] Non mutatur, [6] non deletur
Ex hominum cordibus.

Humana, [1] LEX Humana Poſitiua,
Natura. Bona, [2] prodit ex Natiuâ,
95. 4. [3] Finitur, [4] Diuiditur.

Humana, [1] ISTA verò Generatim,
Poteſtas. Potiùs quàm ſpeciatim,
96. 6. Haùd abs re ſtatuitur.

[2] Vt minimè ſingulorum
Actuum Vitioſorum
Vetat exercitium.

[3] Sic nequaquàm ſingulorum
Operum ſtudioſorum,
Præcipit officium.

[4] In Interno Tribunali
[5] Ligat omnes, [6] expers mali
Vix eam quis fregerit.

[1] MVTABILIS, [2] non frequentèr, *Humana,*
([3] Nam mos ligat;) [4] hanc prudentèr *Mutatio.*
Princeps relaxauerit. *97. 4.*

[1] BONA, Sed non conſummata *Veteris Na-*
Lex Vetus, [2] à Deo data *tura. 98.*
[3] Angelorum manibus. *6.*

[4] Soli plebi Iudæorum
[5] Non hominum aliorum,
[6] Moyſis temporibus.

[1] IVSSVM eius erat multum, *Veteris Præ*
[2] Circa mores, [3] Dei cultum, *[illegible]pta. 99.*
[4] Et circa Iudicia. *6.*

[5] Ad hæc cuncta reuocantur;
[6] Ad tempus proponebantur,
Vel pœnæ vel præmia.

Praecepta moralia. 100. 12.

[1] MORALIBVS in ſtatutis,
Lex Naturæ, [2] dat virtutis
Vniuerſæ monita.

[3] Hæc ad Decem reducuntur,
[4] Diſtinguuntur, [5] ſubducuntur,
[6] Ordinatim [7] tradita,

[8] Vis eorum non ſoluenda;
[9] Quoad modum non Iubenda
Virtus, [10] Vt nec Charitas.

[11] Multiplex his addebatur;
[12] Per nullum producebatur
Vera cordis Sanctitas.

Ceremonialium Natura. 101. 4.

[1] DEI Cultum [2] in Figurâ
Præcepta ſpectabant [3] plura,
[4] Specierum plurium

Ceremonialium, Cauſa. 102. 6.

[1] ERAT cauſa Litteralis
[2] Et non ſolum Figuralis
Cærimonialium.

[3] Erat Sacrificiorum,
[4] Sacramentorum, [5] Sacrorum,
[6] Erat Obſeruantiæ.

Ceremonialium, Duratio. 103. 4.

[1] RITVS Legis ante Legem
Non Vigebant, [2] nec poſt Legem
Erant cauſa Gratiæ.

[3] A Christo sunt abrogati,
[4] Nunc seruantem dic peccati
Grauis esse conscium.

[1] AD Proximum ordinare,
[2] Et aliquid præsignare
Est Iudicialium.

Veteris Præcepta iudicialia in genere. 104. 4.

[3] Nullam obligationem
Iam habent; [4] diuisionem
Admittunt facillimè.

[1] PRINCIPES, [2] & Populares,
[3] Exteros, [4] Familiares,
Disponebant optimè.

In specie. 105. 4.

[1] NOVA Lex est intùs scripta;
[2] Iustificans, [3] non præscripta
Sub Orbis diluculum.

Noua, Natura. 106. 4.

[4] Semper ista Lex vigebit,
Semper robur obtinebit,
Dum occidat sæculum.

[1] AB hac Vetus est discreta,
[2] Ab hâc Vetus est impleta,
[3] Præerat in Veteri.

Distinctio à Veteri. 107. 4.

[4] Lex hæc noua Lex Amoris,
Lex antiqua Lex Timoris,
Magis erat oneri.

Materia. [1] ACTVS noua Lex Externos
108. 4. [2] Pulchrè dictat, [3] & Internos,
[4] Certa dat Consilia.

GRATIAE [1] HOMO quo Rationalis,
Necessitas. Hoc est veri naturalîs
109. 10. Capax siuè Gratiâ.

[2] Citrà quam nequit patrare
Omne bonum, [3] nec amare
Deum super omnia.

[4] Legem implere, [5] Mereri,
[6] Ad Gratiam promoueri,
[7] Nec linquere vitia.

[8] Ne Peccet, [9] ad Operandum
Bonum, [10] ad Perseuerandum,
Hujus opem clamitat.

Essentia. [1] PONIT intùs [2] Qualitatem
110. 4. Gratia, [3] diuersitatem
A virtute flagitat.

[4] Illi nullâ Facultate,
Sed Semet immediatè
Anima Subijcitur.

Diuisio. [1] GRATVM facit, Gratis Datur;
111. 5. [2] Agit & Cooperatur;
[3] Præuenit, Subsequitur;

4 Elegantèr numeratæ
5 Gratificans Gratis datæ
Censetur præcellere.

1 DEVS ad hanc Effectiuè
2 Et Homo Dispositiuè
Dicuntur concurrere.

Causa, 113, 5.

3 Per Gratiam contendenti;
Quod est in se facienti,
Datur necessariò.

4 Gradu crescit ampliore,
5 Homo nescit an Amore
Dignus sit vel Odio.

1 DIC Iustificationem
Culparum Remissionem,
2 Per infusam Gratiam.

Effectus, Iustificatio. 113. 10.

3 Liberum, 4 Fidei motum
Includit, 5 in culpas motum,
6 Et culparum veniam.

7 In momento consummatur,
8 Primum in hac assignatur
Gratiæ signaculum.

9 Maximum existimatur
Opus Dei, 10 non vocatur
Propriè Miraculum.


Effectus, [1] MEREMVR [2] fœlicitatem,
Meritum. [3] Gratia condignitatem
114.10. [4] Charitate tribuit.

[5] Primæuam Gratiam nemo
Sibi, [6] Proximis nonnemo
Ex Congruo meruit.

[7] Non meremur reparari
Post lapsum, [8] sed cumulari
Potiore gratiâ.

[9] In finem perseuerare
Non meremur, [10] sed parare
Bona Temporalia.

Explicit Canticum secundum.



HYMNVS



HYMNVS ANGELICVS

CANTICVM TERTIVM SEV SECVNDA SECVNDÆ.

QQ. 189. AA. 917.

1 PRimvm Fides Verum Spectat, *Fidei*
2 Cui complexo 3 nulla ſubſtat *Objectum.*
Falſa propoſitio. *q. 1. aa. 10.*

4 Non eſt viſum, 5 non eſt ſcitum,
6 Articulis eſt partitum,
7 Auctis ævi ſpatio.

8 In numerum reducendis,
9 In Symbolum redigendis
10 Pontificis opere.

1 Cvm aſſenſu cogitare, *Actus interior. 2. 10.*
Nec minimùm vacillare,
Hoc appello Credere.

F

2 Credit Deo, Credit Deum,
Fidelis Credit in Deum,
Diuersis respectibus.

3 Quod non Capis, 4 & quod Vides,
5 Explicita firmat Fides,
6 Major in Majoribus.

7 Quiuis Incarnationem,
8 Et Triadis notionem
Expressè Crediderit.

9 Merebitur Visionem,
10 Nec Meriti rationem
Ratio minuerit.

Actus exterior. 3. 2.
1 QVÆ Fidei per Virtutem
Ore fiat 2 ad salutem,
Confessio poscitur.

Habitus. 4. 8.
1 SVBSTANTIA Sperandorum,
Argumentum Occultorum,
Fides esse dicitur.

2 Est in Mentis Facultate;
3 Informatur Charitate,
4 Cum vicissitudine.

5 Virtus 6 Vna, 7 Virtus Prima,
8 Plùs aliis est opima
Veri certitudine.

[1] MENTES, Adam, cùm produxit
Deus, Fides his illuxit;
[2] Ineſt in Dæmonio. *Subjectū. 5. 4.*

[3] Nullam habet, vel in Vno,
Diſſentiens; [4] eſt in vno
Major quàm in alio.

[1] HANC Infundit nobis Numen
[2] Hanc, informe cùm eſt lumen,
Etiam communicat. *Cauſa. 6. 2.*

[1] IPSA noſtram terret mentem,
Reddit eam paueſcentem,
[2] Et Corda Purificat. *Effectus. 7. 2.*

[1] INTELLIGENTIÆ Dono,
[2] Cum Fide, [3] pro Vero, Bono,
[4] Iuſtus omnis præditus. *DONA FINITIMA Intellectus. 8. 8.*

[5] Dono tali carent mali,
[6] Inter Septem ſpeciali
Dona Sancti Spiritûs.

[7] Huic reſpondent fuga ſordis,
Beatitas Mundi Cordis;
[8] Et Fides in Fructibus.

[1] SCIENTIA nobis Datur,
[2] Quæ creata [3] Speculatur
Et Agit [4] in luctibus. *Scientia. 9. 4.*

INIMICA VITIA, Infidelitas 10. 12.

[1] INFIDELES peccant [2] mente,
[3] Haud pessimè delinquente,
[4] Nec singulis actibus.

[5] E tribus [6] plus excusantur
Gentiles ; [7] Coarguantur
Disputationibus.

[8] Quin ad Fidem vrgeantur;
[9] Diligenter caueantur ;
[10] Ne præsint Fidelibus.

[11] Horum Ritus tolerentur,
[12] Liberi non baptizentur
Inuitis parentibus.

Hæresis. 11. 4.

[1] HÆRETICAM Prauitatem
Dicas Infidelitatem,
[2] Fidei contrariam.

[3] Hujus Rei puniantur;
[4] Si relapsi reuertantur
Non merentur veniam.

Apostasia. 12. 2.

[1] REVS Infidelitatis,
[2] Princeps Iure potestatis
Apostata decidit.

Blasphemia. 13. 4.

[1] PROFITENDAM oppugnauit
Fidem quisquis Blasphemauit;
[2] Fataliter cecidit.

3 Noxa summè detestanda,
4 In inferos ableganda,
Damnatorum propria.

1 BLASPHEMIÆ Culpa lædit
Pneuma Sacrum, & procedit
Ex Certâ Malitiâ.

Blasphemia in Spiritum Sãctum. 14. 4.

2 Sextuplex hæc assignatur;
3 Haùd facilè condonatur;
4 Nec Prima committitur.

1 CRIMEN quo Mens Excæcatur,
2 Et quo Sensus Hebetatur,
3 Lapsu Carnis oritur.

Cæcitas mentis & Hebetudo sensûs. 15. 3.

1 LEX de Fide nil mandabat;
2 Scientiam imperabat,
Et Intelligentiam.

Fidei Præcepta. 16. 2.

1 EST altera virtus Spei,
2 Quâ Speramus ope Dei
Sempiternam gloriam.

SPEI *Natura. 17. 1.*

3 Hanc Proximis expectamus.
4 In homine non ponamus
Spem, 5 Diuinam 6 Specie.

7 Spe Fides prior incedit,
8 Spei Charitas succedit
Originis serie.

Subjectũ. 18. 4.

[1] SPE conjuncta voluntati,
[2] Non Beati, [3] non Damnati,
[4] Viator erigitur.

Donum finitimum, Timor. 19. 12.

[1] DEI Timor [2] diuidendus,
[3] Mundanus est proscribendus,
[4] Seruilis permittitur.

[5] Hic à Filiali differt,
[6] Hunc Charitas secum defert,
[7] Ortum Sapientiæ.

[8] Sunt inter se Filialis
Timor, & Initialis
Eiusdem essentiæ.

[9] Donum istud [10] simùl crescit.
Vbi Charitas augescit,
[11] Et manet in Patriâ.

[12] Hoc primâ fœlicitate,
Videlicet Paupertate,
Gaudet Voluntariâ.

INIMICA VITIA, Desperatio. 20. 4.

[1] SCELVS [2] Saluâ fide datur,
[3] Quod maximè caueatur,
[4] Pigra Desperatio,

Præsũptio. 21. 4.

[1] QVÆ nititur ope Dei,
[2] Culpa [3] contraria Spei,
[4] Superba Præsumptio.

[1] IVRE Deus Spem mandauit, Spei præcepta. 22. 2.
[2] Et Timorem commendauit,
Suis Sanctionibus.

[1] AMICITIA [2] creata, CHARITATIS *Natura.* 23. 8.
Charitas, [3] virtus [4] signata,
[5] Vna [6] præest omnibus.

[7] Quam si demas, nulla virtus
Vera manet; [8] omnis virtus
Formam ex hâc recipit.

[1] VOLVNTAS, [2] infusione, *Subjectũ.* 24. 12.
[3] Eam non proportione
Vîs innatæ recipit.

[4] Quod admittit incrementum,
[5] Non fit per additamentum,
[6] Nec remissis actibus.

[7] In immensum hæc augetur;
[8] Quadantenùs hîc impletur;
[9] Tribus constat Gradibus,

[10] Imminui nunquam potest;
[11] Sæpissimè perdi potest,
[12] Per vnum flagitium.

[1] HAC Deum, & Fratrem ama, *Objectum.* 25. 12.
[2] Charitatem, [3] Brutum ama,
[4] Te, [5] Corpus, [6] & Impium.

7 Hic Sui non eſt amicus ;
8 Diligatur Inimicus
9 Debitis obſequiis.

10 Mentes Bonas , 11 non Infernas,
Complectere 12 res Quaternas,
Charitatis brachiis.

Ordo. 26. 13.
1 HANC autem ſic Ordinabis.
2 Deum quàm Fratres amabis
Arctiore vinculo.

3 Deum pluſquàm Te fouebis,
4 Tibi pluſquam his fauebis,
5 His pluſquàm Corpuſculo.

6 Iſtis magis, Illis minùs,
7 Vt, Melioribus minùs
Quàm Tuis Affinibus.

8 Et majori Charitate,
Sanguinis propinquitate
Tibi junctioribus.

9 Sit quàm Nati major Patris
Amor, 10 & Patris quàm Matris,
11 Parentum Vxorio.

12 Tibi Benefacientis
Sit amplior, quàm gaudentis
Tuo Beneficio.

13 Charitas

[13] Charitas Sic Ordinata,
Remanebit in Beatâ,
Ad quam pergis, Patriâ.

[1] MAGIS Amat quàm Amatur
Charitas, [2] discriminatur
A Beneuolentiâ.

Actus præcipuus. 27. 8.

[3] Propter se, [4] medio nullo,
[5] Totaliter, [6] modo nullo
Deum ames Optimum,

[7] Magis mereris Amicum
Amando, quàm Inimicum
[8] Et Deum quàm Proximum.

[1] QVI sese diffundit latè
Effectus ex Charitate,
Gaudium est Spiritûs.

EFFECTVS INTERIORES, Gaudium. 28. 4.

[2] Quod mærore non dilutum,
[3] Plenum est, non diminutum,
[4] Nec Virtutis habitus.

[1] A CONCORDIA diuersa
Pax, [2] quam quærunt vniuersa,
[3] Charitate paritur.

Pax. 29. 4.

[4] Non est virtus singularis,
Sed actus particularis
Virtutis statuitur.

Misericordia. 30. 4. [1] QVOD Proximis eſt nociuum,
Proponitur vt motiuum
Ad Miſericordiam.

[2] Pati ſimilem Affectum,
Arguit quemdam defectum,
Scilicet Triſtitiam.

[3] Hunc Affectum dic Virtutem,
In Proximorum ſalutem;
[4] Minimè Primariam.

EFFECTVS EXTERIORES, Beneficentia. 31. 4. [1] CHARITATIS opus, [2] cunctos
Spectans, [3] Sed magis conjunctos,
Dic Beneficentiam.

[4] Beneficam per virtutem,
Ne quamdam putes virtutem
Specialem exprimi.

Eleemoſina. 32. 10. [1] ELEEMOSINAS dare,
Opus eſt familiare
Charitati Proximi.

[2] Septenam Spiritualem,
Et Septenam Corporalem,
Rectè quis percenſeat.

[3] Spiritalis Corporalem
Vincit, [4] quamuis Spiritalem
Hæc effectum habeat.

5 Stipem autem, vt teneris
Ex præcepto, largieris,
6 Non ex neceſſarijs.

7 Non ex Furtis aut Vſuris,
8 Aut ſi tui non es juris,
Sed ſubditus alijs.

9 Magis eſt Propinquiorum
Leuanda quàm aliorum
Per ſtipem inopia.

10 Eſt Affatim eroganda,
Sed Prudentèr moderanda,
Pro cujuſque copiâ.

1 FRATERNAM Correctionem *Fraterna*
Charitatis Actionem, *Correctio.*
2 Præceptam, nè Spernito. *33. 8,*

3 Ab omnibus faciendam,
4 Et omnibus impendendam,
Ipſique Præpoſito.

5 Hanc Peccator non omittas,
6 Hanc Prælatus intermittas
Vbi malum præſcies.

7 Lapſos ſecreto reducas
Monitu, 8 Teſtes inducas
Antequàm denunties.

INIMICA VITIA, Odiũ. 34. 6.

[1] ODIVM Deì [2] malorum
Eſt maximum ; [3] Proximorum
Odio delinquitur.

[4] Quod non perquàm his fatale,
[5] Nec vitium Capitale,
[6] Inuidiâ naſcitur.

Acedia. 35. 4.

[1] TANQVAM Culpam [2] Specialem,
[3] Lethalem, [4] & Capitalem,
Cauebis Acediam.

Inuidia. 36. 4.

[1] MOERORREM [2] Noxam [3] Mortalem,
[4] Et hanc ipſam Capitalem,
Fugias Inuidiam.

Diſcordia. 37. 2.

[1] QVIS labitur in Peccatum
Diſcordiæ, [2] deriuatum
Ex Inani Gloriâ.

Contentio. 38. 2.

[1] QVIS in Grauem Culpam ruit
Contentione, [2] quæ fluit
Ex Inani Gloriâ.

Schiſma. 39. 4.

[1] SCHISMATICI Peccatores,
[2] Non tamen deteriores
Ipſis Infidelibus.

[3] Carent Iuriſdictione,
[4] Priuantur Communione
Cum Cunctis Fidelibus.

[1] FAS Interdum eſt Bellare, *Bellum. 40.*
[2] Sed Videtur repugnare *4.*
Clericis Militia.

[3] Inſidiæ permittuntur
[4] Et licitè committuntur,
Feſto die Prælia.

[1] RIXA ſemper eſt peccatum, *Rixa. 41.*
Semper ſecum fert reatum, *2.*
[2] Ex Irâ progignitur.

[1] SEDITIO Speciale *Seditio.*
Peccatum, [2] ſemper Lethale *42. 2.*
Meritò ſtatuitur.

[1] SCANDALVM Ruinam præbet, *Scandalũ.*
[2] Quod argui Culpæ debet, *43. 8.*
[3] Specie [4] Mortiferæ.

[5] Quod appellatur Paſſiuum
Non aſſolet, [6] nec Actiuum
In perfectos cadere.

[7] Hujus metu Spiritale
Bonum, [8] Siue Temporale
Neutiquam deficiat.

[1] DE charitate mandatum, CHARITATIS
Latum fuit [2] geminatum, *Præcepta.*
[3] Quod planè ſufficiat. *44. 8.*

[4] Diliges Deum feruente
Toto Corde, [5] Totâ mente,
Totâ Fortitudine.

[6] Hoc Præceptum imperfectè
Hîc impletur, ſed perfectè
In Beatitudine.

[7] Tàm Amoris Proximorum,
[8] Quàm Ordinis Amandorum,
Præceptis obſequere.

Finitimū Donum, Sapientia. 45. 6.

[1] SAPIENTIAM, quæ Donis
Accenſetur, [2] rationis,
Petendo conſequere.

[3] Hæc Agit & Speculatur,
[4] Cum peccato non moratur,
[5] Adeſt, Vbi Charitas.

[6] Huic Dono Pacificorum
Quadrat Dei Filiorum
Septima Beatitas.

Sapientiæ oppoſita, Stultitia. 46. 3.

[1] STVLTITIA profligatur
Sapientia, [2] Peccatur
[3] Luxuriæ Filiâ.

PRVDENTIAE *Natura.* 47. 16.

[1] PRVDENTIA Rationis,
[2] Practicæ Cognitionis,
[3] Circa Singularia,

[4] Hæc eſt virtus [5] Specialis,
[6] A quâ mendicat Moralis,
[7] Non Finem, ſed medium.

[8] Ipſius eſt Imperare,
[9] Sollicitè Vigilare
Munus eius proprium.

[10] BONI nedum eſt Priuati,
Per eam Communitati
Regendæ proſpicitur.

[11] Bonum Spectans Generale,
A Spectante Speciale.
Specie diſtinguitur.

[12] Apud Principem verſatur,
Subditum non dedignatur,
[13] Recedit ab Impio.

[14] Hanc Gratia ſecum defert
[15] Natura nobis non confert,
[16] Non aufert Obliuio.

[1] IPSIVS Potentiales,
Subjectiuas, Integrales,
Tres partes ſtatueris.

Partes in genere. 48. 1.

[1] MEMOREM, [2] Intelligentem,
[3] Docilem, eſſe Prudentem,
[4] Et Solertem dixeris.

Partes integrales. 49. 8.

[5] Ratione [6] Prouidentem,
[7] Circumſpectum, [8] non vtentem
Cautione modicâ.

Partes ſubjectiua. 50. 4.

[1] PRVDENTIÆ Subjectiua
Prima Pars ſit Regnatiua,
[2] Altera Politica.

[3] Tertia Gubernatiua
Familiæ, [4] Directiua
Quarta ſit Exercitûs.

Partes potentiales. 51. 4.

[1] VIRTVS eſt Potentialis
Eubulia, [2] Specialis,
Et diſtinctus habitus.

[3] Virtus quoque Singularis
Syneſis, [4] Peculiaris
Gnome virtus additur.

Finitimũ Donum, Conſilium. 52. 4.

[1] CONSILIVM Dei Donum,
[2] Velut Prudentiæ Bonum
Congruum infunditur.

[3] In ſuperno Beatorum
Concilio Senatorum
Non deeſt Conſilium.

[4] Quæ Quinta connumeratur
Beatitas, Huic aptatur,
Nempe Miſerantium.

[1] SONS Imprudens, fit [2] priuatus,
[3] Præceps, [4] Inconsideratus,
[5] Inconstans [6] Luxuriâ.

INIMICA VITIA, Imprudentia. 53. 6. Negligentia. 54. 3.

[1] PECCATVM est Speciale
[2] In Prudentiam, [3] Fatale
Sæpe Negligentia.

[1] VIX à Lapsu [2] graui tutus
Carne Prudens; [3] est Astutus,
[4] Dolo, [5] Fraude, noxius.

Prudentia carnis. 55. 8.

[6] Moderatam Terrenorum
Gere curam, [7] Futurorum,
Ne sis nimis anxius.

[8] Hæc mala malè Prudentis,
Sunt mali malæ parentis
Fœtus Auaritiæ.

[1] IN Decalogo non datur,
Præceptum quo Iubeatur
Ratio Prudentiæ.

Prudentiæ Præcepta. 56. 2.

[2] Sed Antiquæ Legis extant
Præceptiones, quæ vetant
Oppositum Vitium.

[1] IVSTITIÆ Ius Objectum,
Huic recensetur subjectum
Membrum Iuris Varium.

IVSTITIAE *Objectum. 57. 4.*

[2] Positiuum, & Natiuum;
[3] Gentium, [4] Dominatiuum,
Paternum in Filios.

Natura. 58, 12. [1] IVSTITIA definitur,
Quæ suum Cuique largitur;
[2] Semper est ad Alios,

[3] Virtus est [4] in Voluntate,
[5] Generalis potestate
[6] Non Idem cum aliâ.

[7] Quædam est Particularis,
[8] Cui quædam Peculiaris
Respondet materia.

[9] Non est circa Passiones,
Regit Operationes,
[10] Poscit Rei Medium.

[11] Actum autem habet suum,
Reddere cuique Ius suum,
[12] Regina Moralium.

Vitiū inimicum, Injustitia. 59. 4. [1] VITIVM est Speciale,
Quodammodo Generale
Fertur Injustitia.

[2] Aliquis facit injustum,
Quem ne damnes vt injustum,
Vetat Philosophia.

[3] Non patitur nisi nolens
Quis injustum, agit volens,
[4] Et peccat mortaliter.

[1] PER Æquitatem emissum
Judicium, [2] Est permissum,
[3] Si non fiat leuiter.

Actus, Iudicium. 60. 6.

[4] Nunquàm partem in pejorem,
Sed sempèr in meliorem
Explicabis dubium.

[5] Provt scribit Lex, feratur,
Decretum, [6] quod vsurpatur,
Prauum est Iudicium.

[1] ALTERA Commutatiua,
Altera Distributiua,
Iustitiæ Species.

Species. 61. 4.

[2] Verùm in Posteriori,
Medium vt in Priori,
Neutiquam accipies.

[3] Vtraque non spectat idem;
[4] Contra-passum non est idem
Ac quod Iustum dicitur.

[1] SINE Restitutione
Commutantis actione
[2] Salus non acquiritur.

Commutatiuæ actus, Restitutio. 62. 8.

[3] Simplum [4] Id quod rapuiſti,
[5] Iis quibus abſtuliſti,
[6] Semper debes reddere.

[7] Debent qui nil rapuerunt,
Furti cauſa ſi fuerunt,
[8] Statim reſtituere.

Diſtributiua inimicum vitium, Acceptio perſonarum. 63. 4.

[1] FACINVS porrò certarum
Acceptio Perſonarum,
Accidit in varijs:

[2] In Spiritalibus dandis,
[3] In Honoribus præſtandis,
[4] Ferendis Iudicijs.

COMMVTATIVÆ INIMICA VITIA, Homicidium. 64. 8.

[1] MORS Plantarum, Mors Brutorum,
[2] Mors licita Peccatorum,
[3] Iudici [4] non Clericis.

[5] Sons, ſi Te, [6] vel Innocentem,
[7] Inſons es, dum Inuadentem,
[8] Vel quem caſu, conficis.

Injuria in Perſonam Proximi. 65. 4.

[1] MVTILARE, [2] Verberare,
[3] Nefas eſt Incarcerare,
Niſi Magiſtratibus.

[4] Damnum iſtud aggrauatur,
Si Perſonis inferatur,
Quæ Iunctæ ſunt pluribus.

[1] A NATVRA possidemus
Res externas, [2] Et habemus
Bona nobis propria.

Injuria in res Proximi. 66. 9.

[3] Furtum, quo res aliena
Clàm aufertur, [4] à Rapinâ
Discrepat essentiâ.

[5] Culpæ [6] mortalîs reatum
Inducit, [7] non est peccatum,
Si cogat necessitas.

[8] Minimè fit à Priuato
Rapina sine peccato;
[9] Minor Furti grauitas.

[1] IVDEX sibi non mandatum,
[2] Vel secùs quàm sit probatum,
Iudicat immeritò.

INIVDICIO, INIVSTITIA *Iudicu. 67. 4.*

[3] Iudicandus Accusetur,
[4] Nec facilè dispensetur
A soluendo debito.

[1] SI crimen potes probare,
Reum debes Accusare,
[2] Scriptis commentarijs;

Accusatoris. 68. 4.

[3] A Præuaricatione,
Et Tergiuersatione
Cautus, & Calumnijs.

4 Si viâ probationis
Deficias, Talionis
Pœnam commerebere.

Accuſati. 69. 4. 1 DEBET Reus Accuſatùs,
Et Iuridicè rogatus
Veritatem dicere.

2 Non poteſt Calumniando,
3 Bene tamen Appellando
Seipſum defendere.

4 Iuſtè damnatus ad mortem;
Miſeram hanc ſuam ſortem
Non poteſt defugere.

Teſtiũ. 70. 4. 1 TESTIMONIVM eſt dandum,
2 Duo vel tres ad Teſtandum
Abundè ſufficiunt.

3 Sine ſuâ culpâ Teſtes
Recuſantur; 4 Falſi Teſtes
Grauiter deficiunt.

Aduocatorũ. 71. 4. 1 PATRONI Patrocinentur
Cauſæ Pauperum; 2 arcentur
Plures ab hoc munere.

3 Æquum modò tueantur,
4 Pecuniam non vetantur
Modicam accipere.

[1] VERBIS [2] Crimen quod patratur,
[3] Contumelia feratur;
[4] Hæc ex Irâ naſcitur.

EXTRA IVDICIVM INIVRIÆ VERBORVM, Contumelia. 72. 4.

[1] DETRACTIO definita,
[2] Scelus, [3] quo proximi vita
Haùd maximè læditur.

Detractio. 73. 4.

[4] Quiſquis audit Detrahentem,
Nec corrigit delinquentem,
Fit Sceleris conſcius.

[1] DVPLEX Suſurrationis
Crimen & Detractionis,
[2] Hoc eſt illo leuius.

Suſurratio. 74. 2.

[1] DERISIO ſpeciali,
[2] Nonnunquàm exitiali
Te ſauciat vulnere.

Deriſio. 75. 2.

[1] NEC Mortalium naturæ,
[2] Nec alteri Creaturæ
Fas eſt Maledicere.

Maledictio. 76. 4.

[3] Huiuſmodi Maledictum,
Mortiferum eſt Delictum,
[4] Quod vincit Detractio.

[1] PLVSQVAM Valet Rem ne Vendas,
[2] Nec mutilam, [3] ſed oſtendas
Num laboret vitio.

Fraus *in Emptionibus & Vẽditionibus. 77. 4.*

4 Licet Negotiatori
Rem pretio cariori
Vendere quam emerit.

In Mutuis, Vsura. 78. 4.

1 FOENVS pro mutuo Dato,
2 Commodum pro Commodato
Malè quis exegerit.

3 Vſura reſtituatur;
4 Vſurâ qui mutuatur
Expers eſt Nequitiæ.

Iuſtitiæ *Partes Integrales, 79. 4.*

1 BONVM Opus frequentare
Et à Malo Declinare,
Partes ſunt Iuſtitiæ.

2 Crimen eſt Trangreſſionis,
3 Et crimen Omiſſionis;
4 Prius eſt deterius.

Potentiales. 80. 1.

1 QVÆ Virtutes annectuntur
Iuſtitiæ, ſic texuntur,
Vt nil poſſit aptiùs.

RELIGIONIS *Natura. 81. 8.*

1 RELIGIO reddit Cultum,
Qualis decet Dei Vultum,
2 Virtus, 3 Vna, 4 Propria.

5 Moralium 6 Chorum ducit,
7 Externos Actus producit,
8 Sanctitas eximia.

1 SINGVLAREM

[1] SINGVLAREM Actionem, *ACTVS INTERIORES, Deuotio. 82. 4.*
Quam vocas Deuotionem,
[2] Elicit Religio.

[3] Cura Meditationis
Eſt cauſa Deuotionis,
[4] Gaudij Deuotio.

[1] ORATIO Rationi, *Oratio. 83. 17.*
[2] Conuenit, [3] Religioni;
[4] Deo ſit & aliis.

[5] Certa petit, [6] fluxa Bona;
[7] Impetrat Proximis Dona,
[8] Quamuis aduerſariis.

[9] A Domino præſtituta,
Eſt ex Septem conſtituta
Poſtulationibus.

[10] Non quælibet Creatura,
Sed mentis compos Natura
Sola vacat precibus.

[11] Beati pro nobis Orant,
Diuinam Opem Implorant,
In noſtris miſeriis.

[12] Si cum Voce comprecemur
[13] Attentè, [14] Diu, [15] Meremur;
[16] Quod & prodeſt Impiis.

[17] Obſecramus, & Oramus,
Poſtulamus, & Præſtamus
. Toto Grates pectore.

ACTVS EXTERIORES, Adoratio. 84.3.

[1] ACTVS Adorationis
Eſt Actus Religionis;
[2] Mente fit & Corpore.

[3] Non tàm ex neceſſitate,
Quàm ex quadam Venuſtate,
Certum locum exigit.

Sacrificiū. 85. 4.

[1] SACRIFICIVM Naturâ
[2] Offert Deo Creatura;
[3] Virtus [4] Omnes adigit.

Oblationes & Primitiæ. 86.4.

[1] OBLATIONES Iubentur;
[2] A Fidelibus debentur,
Solis Sacerdotibus.

[3] Has ex cunctis ſuis ſoluant;
[4] Ex primis terræ perſoluant
Primitias Fructibus.

Decima. 87.4.

[1] EST à Lege Decimarum,
[2] E Cunctis [3] Clero dandarum,
[4] Clericus eximius.

Votum. 88. 12.

[1] QVI Deo Votum emittit,
Non Proponit, ſed Promittit
[2] Bonum quoddam Melius.

3 Hoc oportet Adimplere,
4 Quod bonum fuit Vouere,
5 Quod Vouit Religio.

6 Plùs Quiſpiam promeretur
Opere quod exercetur
Ex Voto, quàm alio.

7 Sacris Initiatorum,
Et Regulæ Profeſſorum,
Vota ſunt Solennia.

8 Imperio Subditorum,
9 Impuberum Puerorum,
Vota ſunt Inania,

10 Votum Simplex relaxatur,
11 (Non Solenne,) 12 Diſpenſatur
Ad Prælati libitum.

1 DEVM Teſtem Inuocare, *Iuramentum. 89. 10.*
Quod idem eſt ac Iurare,
2 Interdùm eſt licitum.

3 Si fiat cum Æquitate,
Iudicio, Veritate,
4 Latriæ fit Actio.

5 A quâ tamen abſtinebis
Vt plurimùm, nec Ardebis
Ejus Deſiderio,

[6] Creaturas Conteſtamur;
[7] Iuramentis obligamur,
[8] Votis plùs obſtringimur.

[9] Abſoluimur Sacramento;
[10] De certis à Iuramento
Cauſis interdicimur.

Adjuratio. 90. 3.

[1] HOMO, [2] Dæmon, Adjurantur,
[3] Et Naturæ quæ priuantur
Vel mente vel ſenſibus.

Laus Dei. 91. 2.

[1] ORE Lauda Creatorem,
Ore Lauda Saluatorem,
[2] In Hymnis & Cantibus.

SVPERSTIONIS *Natura. 92. 2.*

[1] VITII, Religionis
Hoſtîs, Superſtitionis,
[2] Diuerſæ ſunt Species.

SPECIES Cultus Indebitus. 93. 2.

[1] NIL vnquam Pernicioſum,
[2] Nihil vnquam Otioſum
Colens Deum facies.

Idololatria. 94. 4.

[1] IDOLOLATRIA verè
Superſtitionis meræ
Species ſtatuitur.

[2] Inter culpas [3] eſt Suprema,
[4] Cujus Cauſa non poſtrema
Ex Homine petitur.

1 Noxa Diuinationis, *Diuinatio.*
2 Genus Superſtitionis, *95. 8.*
3 Membris conſtat pluribus.

4 Fit Dæmones Inuocando,
5 Per Aſtra, 6 vel Somniando,
7 Auguriis, 8 Sortibus.

1 Perniciosvm Saluti, *Superſti-*
Notoriæ ſtultis vti *tio Obſer-*
Obſeruatiunculis. *uantiarũ.*
95. 4.

2 In Corporibus mouendis,
3 In Futuris præſciendis,
4 In geſtandis Schedulis.

1 Devs à nobis Tentatur, Dei Ten-
Dùm ſolo res expectatur tatio.97.4
Ipſius auxilio.

2 Peccato Tentationis,
3 Æmulo Religionis,
4 Majus Superſtitio.

1. Perivrvs Falſum Affirmans, Perjuriũ.
Et Iuramento Confirmans, 98. 4.
2 Delinquit 3 Mortiferè.

4 Paratus ad Pejerandum,
Cogi poteſt ad Iurandum,
Ex publico Munere.

Sacrilegiũ. 99.4.

[1] SACRILEGIVM patrare
Eſt Rem Sacram Violare,
[2] Vnum inter Vitia.

[3] Quot Res Sacræ temerantur,
Tot Sacrilegia dantur;
[4] Mulctantur pecuniâ.

Simonia. 100.6.

[1] STVDIOSA Mens emendi
Spiritale, vel vendendi,
Simoniam efficit.

[2] Quæ Ritus Sacramentales,
[3] Actuſque Spirituales,
[4] Et annexos reſpicit.

[5] Reum hujus nedùm Manus
Conſtituit, Sed & Munus
Linguæ vel Obſequij.

[6] Commodis partis injuſtè
Spoliatur haùd injuſtè,
In pœnam flagitij.

PIETAS. 101.4.

1 PIETAS quæ certos ſpectat,
2 Vt, Parentes quos ſuſtentat,
3 Certa Virtus ponitur.

4 Qui propter Religionem
Linquit ejus actionem,
In peccatum labitur.

[1] VIRTVS Obſeruans [2] Prælatum,
[3] Pietati principatum,
Multis dat nominibus.

OBSERVANTIAE *Natura.* 102. 3.

[1] HONOR non ſolum Internus
Verùm etiam Externus
[2] Debetur Majoribus.

SPECIES. *Dulia.* 103. 4.

3 Specialis à Latriâ
Diſtincta virtus Dulia,
[4] Species eſt Infima.

[1] HOMINIBVS dùm paretur,
Vti par eſt, [2] exercetur
Virtus [3] non potiſſima.

Obediētia. 104. 6.

[4] Deo ſemper obſequendum;
[5] Majoribus eſt parendum,
Non tamen in Omnibus.

[6] Chriſtiano commendatur,
Vt fideliter ſubdatur
Sæculi Principibus.

[1] VNVM eſt mortiferorum,
[2] Non peſſimum peccatorum
Inobedientia.

VITIVM OPPOSITVM. *Inobedientia.* 105. 2.

[1] VIRTVS [2] magis Pœnitentis
Propria quàm Innocentis
Admittitur Gratia.

GRATIAE SIVE GRATITVDINIS *Natura.* 106. 6.

[3] Beneficis est Agenda,
[4] Et post moram Rependenda,
Si non è vestigio.

[5] Attenditur ex Affectu,
Potiùs quàm ex Effectu;
[6] Præstet Beneficio.

INIMICVM VITIVM. Ingratitudo. 107. 4.

[1] CVLPÆ reus [2] Specialîs
Est Ingratus, [3] & Feralîs,
[4] Priuandus Officijs.

VINDICTA. 108. 4.

[1] EST Vindicta permittenda,
[2] Cum sit Virtus, [3] exercenda
Solitis supplicijs.

[4] Si Quis incautè labatur,
In eum exerceatur
Vel nulla vel leuior.

VERITATIS *Natura. 109. 4.*

[1] DATVR Virtus Veritatis,
[2] Distincta [3] pars Æquitatis,
[4] In minus procliuior

INIMICA VITIA. Mendaciū. 110. 4.

[1] IN Quam Mendacia ficta,
[2] Tria; [3] semper sunt Delicta,
[4] Non semper Pestifera.

Simulatio & Hypocrisis. 111. 4.

[1] SIMVLANTIS est Offensa
[2] Hypocrisis, [3] huic infensa,
[4] Non semper Lethifera.

[1] HVIC

[1] Hvic inſuper aduerſatur *Iactantia. 112. 2.*
Iactantia, [2] quæ grauatur,
Prout fert materia.

[1] Minora de te Finxiſti? *Ironia. 113 2.*
Ironiâ deliquiſti,
[2] Minùs quàm Iactantiâ.

[1] Virtvs Affabilitatis, AFFABILITATIS *Natura. 114. 2.*
[2] Cum cæteris Æquitatis
Partibus conjungitur.

[1] Peccatvm eſt [2] Veniale *INIMICA VITIA. Adulatio. 115. 2.*
Adulatio, Mortale
Prauo fine redditur.

[1] Affabilitatem lædit, *Litigium. 116. 2.*
[2] Adulationis cedit
Peccato Litigium.

[1] Est Liberali Virtuti
[2] Bene pecunijs [3] vti, LIBERALITATIS *Natura. 117. 6.*
[4] Et Largiri proprium.

[5] Pars pònitur Æquitatis,
[6] Potioris Dignitatis
Sunt Habitus alij.

[1] Peccati [2] determinati *INIMICA VITIA. Auaritia. 118. 8.*
Reus, [3] Liberalitati
Auarus Contrarij.

[4] Quod non eſt ſemper Mortale,
[5] Nec Summum, [6] Sed Spiritale,
[7] Caput, [8] & Dux plurium.

Prodigalitas. 119. 3.
[1] PVGNA Prodigalitatis
Et Illiberalitatis,
[2] Culparum [3] diſparium.

EPIICHEIA. 120. 2.
[1] VIRTVTIBVS accenſetur
Epijchia, [2] cenſetur
Aliqua Iuſtitia.

Donum Pietatis. 121. 2.
[1] PORRO Donum Pietatis,
[2] Secundæ Beatitatis
Sibi poſcit præmia.

Præcepta Iuſtitiæ. 122. 6.
[1] PRÆCEPTA, quæ concluduntur
In Decalogo, dicuntur
Eſſe Iuris omnia.

[2] Primum eſt ex eo partum,
[3] Secundum, [4] Tertium, [5] Quartum,
[6] Et ita Sex alia.

FORTITVDINIS *Natura.* 123. 12.
[1] VIRTVS [2] certa, [3] Metum, [4] Mortis
[5] In Bello [6] ſuſtinet Fortis,
[7] Propter Bonum proprium.

[8] In actu non Delectatur,
[9] In ſubitis [10] ſtomachatur,
[11] Cardo, [12] non Dux omnium.

[1] VIRTVTE Prædictus, [2] Fortis,
[3] Perfectus, [4] Patiens mortis,
Maryr [5] ob Iustitiam.

Actus. Martyrii. 124. 5.

[1] CVLPA Timoris, [2] aduersa.
Fortitudini, [3] peruersa,
[4] Eleuat Malitiam.

INIMICA VITIA. *Timor. 125. 4.*

[1] IN peccatum graue cadit,
[2] Fortitudinem inuadit
Non habens Formidinem.

Intimiditas. 126. 2.

[1] PECCAT Audax, dùm se fingit
Fortem, Fortiter impingit
Contra Fortitudinem.

Audacia. 127. 2.

[1] PARTES hujus quæ narrantur,
Et quatuor numerantur,
Sigillatim explica.

PARTES FORTITVDINIS. 128. 1.

[1] MAGNANIMITAS Honorum
Moderatrix [2] est Magnorum,
[3] Et Virtus [4] Specifica.

MAGNANIMITATIS *Natura. 129. 8.*

[5] Pars Fortitudinis extat,
[6] Ad quam Fiducia spectat,
[7] Sicut & Securitas.

[8] Ex fortunis comparatis,
Plurimùm vtilitatis
Haurit Magnanimitas.

INIMICA VITIA. Præsũptio. 130. 2.

1 INIQVITATEM arcessit,
2 Per Excessum Hanc Incessit
Virtutem Præsumptio.

Ambitio. 131. 2.

1 INIQVITATEM arcessit;
2 Per Excessum Hanc Incessit
Virtutem Ambitio.

Inanis Gloria. 132. 5.

1 EST Gloriæ vitiosus
Pruritus, 2 Huic Odiosus,
3 Lethifer, 4 fons 5 plurium.

Pusillanimitas. 133. 2.

1 EST Pusillanimitatis
Scelus, 4 Magnanitatis
Virtuti contrarium.

MAGNIFICENTIAE, Natura. 134. 4.

1 VIRTVS, 2 Vna 3 Largos fundens
Sumptus, 4 fortiter profundens,
Est Magnificentia.

Vitiũ inimicum, Paruificẽtia. 135. 2.

1 Ex opposito peccatum,
2 Aduersum habens erratum
Est Paruificentia.

PATIENTIA. 136. 5.

1 VIRTVS, 2 non suprema, prodest
Patientia, 2 quæ deest
Vbi deest Charitas.

4 Pars Fortitudini Iuncta,
5 A quâ penitùs disjuncta
Non est Longanimitas.

[1] VIRTVTEM Perſeuerantem,
[2] Dicas Fortem [3] & Conſtantem,
[4] Præſidio Gratiæ.

PERSEVERANTIAE *Natura.* 137. 4.

[1] TAM Molles [2] quàm Pertinaces
Omnimodis incapaces
Sunt Perſeuerantiæ.

Inimica vitia. Mollities & Pertinacia. 138. 2.

[1] DONVM quoddam, Fortitudo,
[2] Cui Quarta Beatitudo
Reſpondet appoſitè.

Donum Fortitudinis. 139. 2.

[1] SVNT Fortîs præceptiones,
[2] Et Partium ſanctiones
Lege Dei traditæ.

Præcepta. Fortitudinis. 140. 2.

[1] VIRTVTIS [2] certæ [3] fit actus,
Cùm quis voluptates [4] Tactûs,
[5] Aut Guſtatûs Temperat.

TEMPERANTIAE *Natura.* 141. 8.

[6] Neceſſitati mortalîs
Vitæ ſtudet, [7] Cardinalis,
[8] Hæc omnes non ſuperat.

[1] INSENSIBILITAS Vile
Peccatum eſt, [2] puerile
Eſt Intemperantia.

[3] Quæ plùs Metu reprobatur,
[4] Quæque magis Exprobratur
Quàm cætera vitia.

Inimica vitia. Inſenſibilitas & Intemperantia. 142. 4.

PARTES TEMPERANTIAE. 143. 1.

[1] CONGRVENTER assignauit,
Quas Tullius memorauit,
Partes Temperantiæ.

VERECVNDIA. 144. 4.

[1] NE dixeris studiosum,
([2] Cui præit opus probrosum,)
Motum Verecundiæ.

[3] Emergit apud Cognatos;
[4] Nec virtutum exornatos
Tangit supellectile.

HONESTAS. 145. 4.

[1] HONESTVM, Virtus, [2] Decorum,
Re sunt Idem; [3] nil est horum
Delectans nec Vtile.

[4] Brutorum arcet Honestas
Voluptates inhonestas,
Vt pars Temperantiæ.

ABSTINENTIAE *Natura.* 146. 2.

[1] MODERATA nimiorum
Abstinentia ciborum,
[2] Virtus vna Specie.

Actus, Ieiunium. 147. 8.

[1] VIRTVTIS [2] Hujus [3] edictum
Opus, [4] Cunctis non indictum,
Iejunans exequitur,

[5] Tempora seruat statuta,
[6] Die semel, [7] constitutâ
Horâ nonâ pascitur.

[8] Tunc Carnes interdicuntur,
Tunc Oua non permittuntur
Neque Lacticinia.

[1] GVLÆ lapsus est [2] Lethalis, *Inimicũ vitium. Gula. 148. 6.*
[3] Non alijs pejor malis:
[4] Specie Quinariâ.

[5] Capitalem, [6] plurimarum
Gulam matrem filiarum
Vir Temperans cohibet.

[1] SOBRIETAS circa Potum, SOBRIETATIS *Natura. 149. 4.*
[2] Virtus certa, [3] quæ non totum
Vsum Vini prohibet.

[4] Fœminas & Iuuentutem
Istam seruare virtutem
Decorum edocuit.

[1] PECCATVM Ebrietatis, *Inimicũ vitium. Ebrietas. 150. 4.*
[2] Mortale, [3] non grauitatis
Summæ, [4] culpam minuit.

[1] VIRTVS est, [2] non Generalis, CASTITATIS *Natura. 151. 4.*
Castitas, sed Specialis;
[3] Nec est Abstinentia.

[4] In Castitate seruandâ,
Summoperè commendanda
Venit Pudicitia.

Pars, Virginitas. 152. 5.

[1] QVÆ Carnis integritatem
Depoſcit, Virginitatem,
[2] Fas [3] Virtutem conſequi.

[4] Conjugio præponenda,
[5] Multis poteſt præferenda
Virtutibus obſequi.

Inimicum vitium. Luxuria. 153. 5.

[1] IN Veneris voluptate,
[2] Sine Iuſtâ poteſtate,
[3] Crimen eſt Luxuriæ.

[4] Caput iſtud eſt [5] multorum
Sequentium vitiorum,
Quæ ſunt eius filiæ.

Species Luxuriæ. *154. 12.*

[1] INTER Partes eius, [2] crimen
Mortale, [3] non ſummum crimen,
Simplex Fornicatio.

[4] Qui tangit vel oſculatur
Ita peccat; [5] excuſatur
Nocturna Pollutio.

[6] Sunt ſpecies, Stuprum, [7] Raptus,
[8] Adulterium, [9] Inceſtus,
[10] Vt & Sacrilegium.

[11] Vitium Contra Naturam
Labem aſpergit Impuram,
[12] Turpiſſimam omnium.

[1] VIRTVS, [2] circa Voluptatem
Tactûs, [3] Sedem Voluntatem
Habet Continentia.

CONTINENTIAE *Natura.* 155. 4.

[4] Non est sortis melioris,
Nec gloriæ potioris
Quàm sit Temperantia.

[1] INCONTINENTIA spectat
Mentem; [2] malitiâ [3] substat
Hæc Intemperantiæ.

Inimicum vitium. Incontinétia. 156. 4.

[4] Sed Meliùs dic audire
Incontinentiam Iræ
Quàm Concupiscentiæ.

[1] MANSVETVDINEM putes
Et Clementiam, [2] virtutes,
[3] Partes Temperantiæ.

MANSVETVDINIS ET CLEMENTIAE *Natura.* 157. 4.

[4] In pretio sunt habendæ.
Quàmuis ipsæ sint dicendæ
Tantùm Secundariæ.

[1] INTERDVM Ira concessa,
[2] Interdum est Inconcessa,
[3] Vt Culpa Mortifera.

INIMICA VITIA. Ira. 158. 8.

[4] Sed hæc non est erratorum
Supremum; [5] Iracundorum
Tria cense genera.

[6] Capitali, [7] pessimarum
Culpæ matri sex natarum,
[8] Est Iræ contraria.

Crudelitas 159. 2. [1] CLEMENTIÆ sit aduersa
Crudelitas [2] & diuersa
Fertur à Sæuitiâ,

MODESTIA. 160. 2. [1] MODESTIA nominatur
Vis Temperans, quæ versatur
Circa Mediocria.

[2] Non solùm motus Externos,
Verùm etiam Internos
Componit Modestia.

HVMILITATIS *Natura. 161. 6.* [1] VIRTVS est Humilitatis,
[2] Quæ per motum voluntatis,
[3] Nos subijcit Omnibus.

[4] Temperantiæ succrescit,
[5] Virtus Magna, [6] coalescit
Duodecim Gradibus.

Inimicum vitium. Superbia. 162. 8. [1] SVPERBIÆ Crimen [2] certum,
[3] In Irascente repertum,
[4] Quaternum diuiseris.

[5] Hoc peccatum vt fatale
[6] Summum, [7] Primum, [8] Capitale,
Diligentèr fugeris.

1 PRIMI scelus hoc Parentis,
2 Parem Deo se volentis,
3 Cæteris non grauius.

PRIMI HOMINIS Peccati Natura. 163. 4.

4 Flagitium primæ matris
Flagitio primi patris
Iudicatur nequius.

1 IN pœnam hujus peccati,
Mortem, 2 & alia pati,
Homines oportuit.

Peccati pœna. 164. 2.

1 A DIABOLO Tentari,
2 Certis modis Impugnari,
Protoplastum decuit.

Tentatio. 165. 2.

1 SCIENTIAM moderatur
2 Quæ Temperantiæ datur
Comes Studiositas.

STVDIOSITATIS Natura. 166. 2.

1 AD partem Intellectiuam,
2 Sicut & ad Sensitiuam
Spectat Curiositas.

Inimicum vitium. Curiositas. 167. 2.

1 IN Gestibus 2 & in Ludis
Sit virtus; 3 peccas cum ludis
Aut Nimis, 4 aut Parciùs.

MODESTIA in Gestibus & Ludis. 168. 4.

1 VIRTVS est Corporis Cultus
Aut Vitium; 2 est consultus
Fæminis, Innoxius.

In corporis cultu. 169. 2.

6 Capitali, 7 pessimarum
Culpæ matri sex natarum,
8 Est Iræ contraria.

Crudelitas 159. 2.

1 CLEMENTIÆ fit aduersa
Crudelitas 2 & diuersa
Fertur à *Sæuitiâ*,

MODESTIA. 160. 2.

1 MODESTIA nominatur
Vis Temperans, quæ versatur
Circa Mediocria.

2 Non solùm motus Externos,
Verùm etiam Internos
Componit Modestia.

HVMILITATIS *Natura. 161. 6.*

1 VIRTVS est Humilitatis,
2 Quæ per motum voluntatis,
3 Nos subijcit Omnibus.

4 Temperantiæ succrescit,
5 Virtus Magna, 6 coalescit
Duodecim Gradibus.

Inimicum vitium. Superbia. 162. 8.

1 SVPERBIÆ Crimen 2 certum,
3 In Irascente repertum,
4 Quaternum diuiseris.

5 Hoc peccatum vt fatale
6 Summum, 7 Primum, 8 Capitale,
Diligentèr fugeris.

[1] PRIMI ſcelus hoc Parentis,
[2] Parem Deo ſe volentis,
[3] Cæteris non grauius.

PRIMI HOMINIS Peccati Natura. 163. 4.

[4] Flagitium primæ matris
Flagitio primi patris
Iudicatur nequius.

[1] IN pœnam hujus peccati,
Mortem, [2] & alia pati,
Homines oportuit.

Peccati pœna. 164. 2.

[1] A DIABOLO Tentari,
[2] Certis modis Impugnari,
Protoplaſtum decuit.

Tentatio. 165. 2.

[1] SCIENTIAM moderatur
[2] Quæ Temperantiæ datur
Comes Studioſitas.

STVDIOSITATIS Natura. 166. 2.

[1] AD partem Intellectiuam,
[2] Sicut & ad Senſitiuam
Spectat Curioſitas.

Inimicum vitium. Curioſitas. 167. 2.

[1] IN Geſtibus [2] & in Ludis
Sit virtus; [3] peccas cum ludis
Aut Nimis, [4] aut Parciùs.

MODESTIA in Geſtibus & Ludis. 168. 4.

[1] VIRTVS eſt Corporis Cultus
Aut Vitium; [2] eſt conſultus
Fæminis, Innoxius.

In corporis cultu. 169. 2.

Præcepta Temperātiæ. 170. 2.

[1] SVNT Diuina Lege lata
Temperantiæ Mandata,
[2] Et Eiusdem Partium.

PROPHETIAE *Natura. 171. 6.*

[1] PROPHETIA reddit gnarum
Veritatum occultarum,
[2] Non Habitu præscium.

[3] Hic Futura nedum noscit;
[4] Vniuersa non cognoscit,
Quæ potest cognoscere.

[5] Non est certus quando fatur,
An Propheticè loquatur;
[6] Si sic, nequit Fallere.

Causa. 172 6.

[1] QVOD Natura non sortitur
Donum, [2] Deus cum largitur,
Tunc Angelis vtitur.

[3] Nec vis Vlla naturalis,
[4] Neque Bonitas moralis
Ad Hoc prærequiritur

[5] Suos habet Dæmon Vates,
[6] Qui nonnullas veritates
Prædicunt multoties.

Modus. 173. 4.

[1] DEVM clarè non videnti,
[2] Prophetarum dantur menti
Nouæ rerum species.

3 Sensu semper non orbantur,
4 Quæcunque vaticinantur
Non omnia capiunt.

1 TRES 2 vîs tantùm Speculantis *Diuisio.*
Quàm simul Imaginantis *174. 6.*
Visus pluris faciunt.

3 In Prophetæ visione
Ex Imaginatione,
Licet Gradus Scandere.

4 Summa Mosi fuit data,
5 Nullâ gaudet Mens Beata,
6 Non debuit crescere.

1 RAPTVS 2 in Intellectiuam Raptus.
Plusquàm in Appetitiuam 175. 6.
Facultatem irruit.

3 Deum Paulus Hoc videbat;
4 Sensu, 5 non Vitâ carebat;
6 Sed hoc eum latuit.

1 QVI Donum consequebantur Donum
Linguarum, his loquebantur Linguarũ.
Omnibus egregiè. 176. 2.

2 Majoris Donum Linguarum
Quàm gratia Prophetarum
Non est Excellentiæ.

Gratia Sermonis. 177. 2.

[1] EST Gratia gratis data
In Sermone, [2] quæ collata
Non est Mulieribus.

GratiaMiraculorũ. 178. 2.

[1] GRATIA Miraculorum
[2] Non est propria Iustorum,
Datur Peccatoribus.

VITAE *Diuisio. 179. 2.*

[1] CONVENIENS In Actiuam
Et vitam Contemplatiuam
[2] Sufficit diuisio.

Contẽplatiua Natura. 180. 8.

[1] NON sistit in Intellectu,
Sed aliquid in Affectu
Ponit Contemplatio.

[2] Non in Virtutibns Morum,
[3] Non in Operum multorum
Consistit congerie.

[4] Non Quamcunque Veritatem
Inquirit, [5] nec Deitatem
Videt hîc in facie.

[6] Motu Recto, Circulari,
Obliquo, potest versari
Ejus Operatio.

[7] Magnam delectationem,
[8] Et longam durationem,
Vendicat è proprio.

[1] BONOS actus exercere,
[2] Cum Prudentiâ, [3] Docere,
Ad Actiuam attinet.

Actiua. Natura. 181. 4.

[4] Vitæ Status Gloriosæ
Vitæ Statûs Actuosæ
Opera non retinet.

[1] ACTIONE perhibetur
Præstantior [2] & Meretur
Magis Contemplatio.

Cõtemplatiua & Actiua Comparatio. 182. 4.

[3] Instar Dispositionis
[4] Viâ Generationis
Antecedit Actio.

[1] STATVS sonat Libertatem
Aut quandam Captiuitatem,
[2] Distinguitur [3] actibus.

STATVS *in genere. 183. 4.*

[4] Sunt autem Incipientes,
Perfecti, Proficientes,
In diuersis Statibus.

[1] CHARITATE metienda
Perfectio, [2] consequenda
In Vitâ proponitur.

Perfectionis. 184. 8.

[3] Non tàm in Consiliorum
Quàm in Dei Præceptorum
Custodiâ ponitur.

4 Ad Statum ejus euectos
Hoc ipso statim Perfectos
Nè singulos prædices.

5 In hoc Regulares omnes
Sunt, & Prælati, 6 non omnes,
Sed soli Pontifices.

7 Horum Status Prælatorum
Statu Religiosorum
Est longè perfectior.

8 Sed Hic Statu Parochorum
Et Archidiaconorum
Videtur præstantior.

Episcoporum. 185. 8.

1 NEC appetas Præsulatum,
2 Nec respuas imperatum
3 Tanto dignus munere.

4 Ingredi Religionem,
5 Vel ob persecutionem
Potes Præsul fugere.

6 Bona potes possidere
7 Nequis Insons retinere
Debita Pauperibus.

8 Regularis post acceptum
Hoc Oneris, non exceptum
Te putes à Legibus.

1 PROFESSVS

[1] PROFESSVS Religionem *Religionis. 186. 10.*
Tendit ad Perfectionem,
[2] Non omni Consilio.

[3] Paupertatis, [4] Castitatis,
[5] Obsequentis Voluntatis,
[6] Votis [7] stat Perfectio.

[8] Obedientiæ Votum,
Quo se Deo dicat totum,
Trium est potissimum.

[9] Si Legem transgrediatur,
Et contemptus secludatur,
Peccatum est minimum.

[10] Noxa Religiosorum
Major est quàm aliorum
In eodem genere.

[1] DOCES, Oras Regularis, Officia Religiosorum. 187. 6.
[2] Negotiis Secularîs
Te potes ingerere.

[3] Non teneris Laborare
Manibus, [4] sed victitare
Stipe datâ poteris.

[5] Licuerit Mendicare,
[6] Et vestimenta gestare
Viliora cæteris.

Religionũ differétia. 188. 8.

1 RELIGIO Copioſa;
2 Nam quædam ad Actuoſa
Tendit exercitia.

3 Quædam eſt ad Militandum,
4 Quædam ad Concionandum,
5 Quædam propter Studia.

6 Præſtans Contemplatione
7 Communi poſſeſſione
Non ſit imperfectior.

8 Religio Conuictorum
Statu Solitariorum
Non eſt excellentior.

Religionis ingreſſus. 189. 10.

1 RELIGIONEM non ſatis
Exercitatus Mandatis
Tutò poteſt ingredi.

2 Poteſt Quis eam vouere,
3 Votum debet adimplere,
4 Sed poterit egredi.

5 Ab hac Puer nè pellatur
6 Ob Parentes; 7 nè claudatur
Oſtium Paſtoribus.

8 Licet eam commutare,
9 Et ad illam excitare,
10 Inconſultis pluribus.

Explicit Canticum tertium.



HYMNVS ANGELICVS.

CANTICVM QVARTVM
SEV
TERTIA PARS.

QQ. 90. AA. 549.

1 CONVENIENS, 2 & Necesse, INCARNATIONIS
Verbum Carnem Factum esse, CONVENIENTIA:
3 Supposito Crimine. *q. 1. aa. 6.*

4 Ad Labem Originalem,
Magis quàm ad Actualem,
Delendam ab Homine.

5 Non decebat Oriente
Sæculo, 6 vel Occidente
Verbum Carnem Fieri.

1 QVOD facta sit in Naturâ MODVS
Tam Insignis Commissura VNIONIS
Verè nequit asseri. *secundùm se, 2, 12.*

2 Dic in Perſonâ peractam,
3 Dic in Suppoſito factam,
4 Eoque Compoſito.

5 Dic Animæ Carnem junctam,
6 Nec Per Accidens adjunctam
Naturam Suppoſito.

7 Creatam Hanc Vnionem
8 Nè dicas Aſſumptionem,
9 Summum nexum credito.

10 Hunc etſi gratis conceſſum,
11 Nec ex Meritis poſſeſſum,
12 Naturalem dicito.

Ex parte Perſonæ Aſſumentis. 3. 8.

1 ASSVMERE Creaturam
In Perſonam 2 & Naturam
Diuinam referimus.

3 Subſiſtentiis per Mentem
Sepoſitis, Aſſumentem
Naturam concipimus.

4 Aliæ poſſent Perſonæ,
Sicut Verbum, Vnione
Creaturis inſeri.

5 Vni Natura creata
Poteſt eſſe ſociata
Perſonæ, non alteri.

[6] Pluribus poſſet Vniri
Vna Natura, [7] vinciri
Poſſet vni varia.

[8] Secunda majori Iure
Perſona juncta Naturæ,
Quàm Prima vel Tertia.

[1] ET majori quidem jure
Humanæ fuit Naturæ
Vnita, quàm Cæteris.

Ex parte Naturæ Aſſumptæ. 4. 6.

[2] Nec Perſonam ſuſcepiſſe,
[3] Nec Hominem aſſumpſiſſe,
Sed Naturam dixeris.

[4] Nec à Singulis Abſtractam,
[5] Nec ad Singula contractam
Debuit Aſſumere.

[6] Sed hanc vnam ſibi ſumpſit
Singularem, quam deſumpſit
Ex Adami Genere.

[1] VERVM ſibi Corpus junxit,
[2] Terrenum; [3] Animam Vnxit,
[4] Et Intelligentiam.

Ex parte partium. 5. 4.

[1] CORPVS per Animam cepit,
[2] Animam verò ſuſcepit
Per Intelligentiam.

Ex parte ordinis. 6. 6.

[3] Caro Verbo non conjuncta
Mente prior, [4] nec quàm juncta
Ipsa Menti fuerit.

[5] Medijs partibus totam
Humanitatem admotam,
[6] Gratia non vinxerit.

Christi Gratia vt Hominis Singularis. 7. 13.

[1] Gratia, [2] Virtutum bonis,
([3] Non fide, [4] nec Spe,) [5] Sed Donis,
[6] Metu, Christus claruit.

[7] Et Gratiâ Gratis datâ,
[8] Prophetiâ, [9] cumulatâ
Gratiâ [10] præcelluit.

[11] Finita [12] non augebatur,
[13] Et Vinculum sequebatur
Sibi præsuppositum.

Gratia vt Capitis. 8. 8.

[1] Sponsæ Caput est membrorum,
[2] Corporum & Animorum,
[3] Hominum, [4] & Cœlitum.

[5] Quàm vt Homo Singularis
Habet, Ipsa Salutaris
Est Gratia Capitis.

[6] Hoc proprium habet Christus;
[7] Tàm Dæmon, [8] quàm Antichristus
Sunt vt Caput perditis.

[1] PRÆTER Diuinam, [2] Beatâ; *Scientia.*
Chriſtus, [3] Infusâ, [4] Paratâ *9. 4.*
Refulſit Scientiâ.

[1] DEVM non Comprehenſiuè, *Scientia*
[2] In Verbo Contuitiuè *Beata. 10.*
Apprehendit Omnia. *4.*

[3] Infinita diſcernebat,
[4] Deum eius Mens cernebat
Clariùs quàm Alia.

[1] OMNISCIVS, [2] non egebat *Scientia*
Phantaſmatis, [3] Conferebat *Infuſa. 11,*
Inditâ Scientiâ. *6.*

[4] Angelos Hâc præcellebat,
[5] Habitu, [6] qui conſurgebat
Ex multis habitibus.

[1] DE Cunctis Partâ [2] Creſcebat, *Scientia*
[3] Ab Homine nil diſcebat, *Acquiſita.*
[4] Nec ab Ipſis Mentibus. *12. 4.*

[1] VNIVERSA perpetrare, *Potentia*
[2] Vniuerſa tranſmutare, *Animæ.*
Animâ non potuit. *13. 4.*

[3] Corpus ſibi non ſubjecit
Omnipotentiâ, [4] feçit
Omnia quæ voluit.

Defectus Corporis. 14. 4.

[1] Filius Dei Defectus
Carnis sumpsit, [2] His subjectus
Dùm nobiscum ageret.

[3] Nullum Contraxit defectum,
[4] Quemdam habuit delectum
Eorum quos sumeret.

Defectus Animæ. 15. 10.

[1] Peccatum, [2] & ejus Comes
Aberat à Christo Fomes,
[3] Vt & Ignorantia.

[4] Perpessioni [5] Doloris,
[6] Mœroris, [7] Metûs, [8] Stuporis,
Mens ejus obnoxia.

[9] In eum Ira cadebat;
[10] Viator Comprehendebat,
Terrenus & Cœlicus.

Idiomatũ communicatio. 16. 12.

[1] Deus Homo prædicatur;
[2] Homo Deus affirmatur,
[3] Non Homo Dominicus.

[4] Reciproca Concretarum
[5] Secùs autem Abstractarum
Naturarum propria.

[6] Vera, *Deus Homo factus*,
[7] At Hæc, *Homo Deus factus*,
Est falsa sententia.

[8] Creatura

[8] Creatura non vocatur,
[9] Et Incepisse negatur,
[10] Vt Homo, conceditur.

[11] Non est Deus prout Homo,
[12] Non Hypostasis vt Homo,
Nec Persona dicitur.

[1] CHRISTVM dicas vnum esse;
[2] In hoc extat vnum Esse
Geminum officio.

Vnitas, Quoad Esse. 17. 2.

[1] VELLE binum; [2] Sensûs vnum,
[3] Præter quod est Mentis vnum,
[4] Liberum Arbitrio.

Vnitas, Quoad Voluntatem. 18. 6.

[5] A Deo Dissentientis
Et ei Consentientis,
[6] Non fuit Dissensio.

[1] NON Vna Diuinitatis
Simùl & Humanitatis
Fuit Operatio.

Vnitas. Quoad Operationē. 19. 4.

[2] Sed Humana fuit Vna,
[3] Ad Merendum opportuna,
Tàm Christo, [4] quàm Alijs.

[1] PATRI Subijciebatur;
[2] Ipse Sibi Subdebatur
Debitis obsequijs.

Subjectio. 20. 2.

Oratio. 21. [1] PRECES, [2] non è Sentienti
4. Affectu, [3] pro se fundenti,
[4] Semper Deus annuit.

Sacerdo- [1] SACERDOS, [2] Hostia viua,
tium. 22. [3] Scelerum expiatiua,
6. [4] Sibi minùs profuit.

[5] Hic Sacerdos in æternum
[6] Secundum Ritum externum
Melchisedech obtulit.

Adoptio. [1] ADOPTARE Deitati
23. 4. Conuenit [2] & Trinitati,
[3] Rem cui mentem contulit.

[4] Christus non est Adoptiuus,
Vt Homo, sed est Natiuus
Dei Patris Filius.

Prædesti- [1] EST ergo Prædestinatus,
natio. 24. [2] Vt esset verè vocatus,
4. Veri Dei Filius.

[3] Hanc Prædestinationem
Exemplarem rationem
[4] Causam nostræ sequimur.

Adoratio. [1] VTRAMQVE Christi Naturam,
25. 6. [2] Carnem ejus, [3] & figuram,
Latriâ prosequimur.

[4] Colimus Crucem Latriâ,
[5] Mariam Hyperduliâ,
[6] Duliâ Reliquias.

[1] INTER Hominem & Deum, *Mediatoris Officiũ. 26. 2.*
Mediator [2] Homo, Reum,
Christe, reconcilias.

[1] PRIVS sancta quàm sit Nata, *Matris, Sanctificatio. 27. 6.*
[2] Non priùs quàm Animata,
Mater Christi creditur.

[3] Tunc vt Fomes ligaretur,
[4] Et vt nunquam laberetur,
Meruisse dicitur.

[5] Vt Gratiâ repleretur;
[6] Non vt sancta nasceretur,
Proprium habuerat.

[1] VIRGO concepit, [2] & Virgo *Matris, Virginitas 28. 4.*
Peperit, [3] post partum Virgo
Permansit, [4] vt Vouerat.

[1] DEBEBAT ex Desponsatâ *Matris, Desponsatio. 29. 2.*
Nasci Christus, [2] copulatâ
Vero Matrimonio.

[1] QVÆ complendum in se sciret *Matris, Salutatio. 30. 4.*
Mysterium, [2] & audiret
Ab Angelo Nuntio.

3 Hic se dedit aspectandum,
4 Et negotium tractandum
Miro clausit ordine.

Conceptionis, Materia. 31. 8.

1 CHRISTI Caro deriuata
Ex Adamo, 2 propagata
Ex Dauidis semine.

3 Ejus Generationem
Per aptam connexionem
Sacræ texunt Paginæ.

4 De Fœmina dicas natum;
5 Corpus credas efformatum
Virgineo sanguine.

6 Ejus Caro, non signata,
7 Sed peccato vitiata
Præcessit, in Patribus.

8 In Abram non decimatus,
Non fuit assimilatus
Abrahæ nepotibus.

Conceptionis Principium Actiuum. 32. 4.

1 APTATVR ejus Conceptus
Flamini, 2 de quo conceptus,
3 Non vt Patre, dicitur.

4 Nec Mater per Actionem
In ejus Conceptionem
Influxisse creditur.

[1] MOMENTO fuit formatum *Conceptionis Modus & Ordo. 33. 4.*
Corpus ejus, [2] Animatum,
[3] Aſſumptum, [4] Miraculo.

[1] SANCTVS, [2] Liber, [3] tunc Mereri, *Conceptionis Perfectio. 34. 4.*
[4] Tunc potuit Intueri
Deum mentis oculo.

[1] NATIVITAS Perſonalis; *Natiuitas. 35. 8.*
[2] Eſt Æternæ Temporalis
Iuncta Generatio.

[3] Per Hanc Chriſtus matrem habet,
[4] In Deo qui matrem habet,
[5] Vna Filiatio.

[6] Hîc Parente pariente,
Nec dolorem patiente,
Ex vtero prodijt.

[7] Loco Natus deſtinato,
[8] Tempore præordinato,
In Orbem introijt.

[1] ORTVS ejus non cunctorum, *Nati, Manifeſtatio. 36. 8.*
[2] Sed quorumdam [3] ſelectorum,
Senſibus innotuit.

[4] Non per ſe, [5] ſed Angelorum
Officijs & Aſtrorum,
[6] Ex ordine claruit.

7 Non vulgarîs Stellæ lucem
Secutus eſt Magus ducem,
8 Vt Infantem coleret.

Subjectio. Legalibus. 37. 4.

1 CIRCVMCISVM, 2 Nominatum,
3 Decebat mater Oblatum
4 Purganda redimeret.

Baptiſmus Ioannis. *31. 6.*

1 IOANNIS Baptiſmo 2 Numen
3 Non dedit Gratiæ lumen
4 Nec Chriſto nec Alijs.

5 Chriſto Tincto non extinctus;
6 Erat Tinctus hoc, retinctus
In Chriſti Myſterijs.

CHRISTI *Baptiſatio 39. 8.*

1 HIC ablutus 2 à Ioanne,
3 Vir perfectus, 4 in Iordane;
5 Tunc Olimpus patuit.

6 Spiritus Sanctus eſt viſus
Vt Columba 7 Vera miſſus;
8 Vox Patris intonuit.

Conuerſatio. 40. 4.

1 EST in Mundo conuerſatus,
2 Communem vitam ſectatus
Cæteris 3 pauperibus.

4 Obſeruatâ lege plenè,
Ad horam vltimæ cœnæ,
Quâ ſe dedit fratribus.

[1] TENTATVS [2] est in deserto, *Tentatio.*
[3] Iejunus, [4] è quodam certo 41. 4.
Tùm modo tùm ordine.

[1] TRADIDIT solis Iudæis *Doctrina.*
Doctrinam, [2] Scandalum eis, 42. 4.
[3] Palàm, [4] non Volumine.

[1] MIRACVLA quæ perfecit *Miracula*
[2] Diuinâ virtute fecit, *in genere.*
[3] Et, Primum in Nuptijs. 43. 4.

[4] Sese Deum Demonstrauit,
Et cuncta posse probauit,
Stupendis prodigijs.

[1] HVIC trementes paruere *Miracula*
Dæmones, [2] Hunc agnouere *in specie.*
Cœlestia corpora. 44. 4.

[3] Miranda circa Mortales
[4] Et Res irrationales
Patrauit facinora.

[1] SEIPSVM Transfigurauit, *Transfiguratio.* 45.
[2] Gloriosâ fulgurauit 4.
Luce, [3] coram Testibus.

[4] Oraculum tunc supernum,
Testimonium Paternum
Insonuit auribus.

Passio. 46. 12.

[1] OPORTVIT Christum pati,
[2] Fuissemus liberati
Aliter, [3] Haud aptius.

[4] Crucem, [5] non omnes angores
Passus, [6] persensit dolores,
Quibus nihil acrius.

[7] Mens Tota Patiebatur,
[8] Et Tota Potiebatur
Beatorum Gaudio.

[9] Crucifixus præstituto
Tempore, [10] Loco statuto,
[11] In Prædonum Medio.

[12] Hæc autem Humanitati,
Non ejus Diuinitati,
Passio tribuitur.

Passionis, Causa Efficiens. 47. 6.

[1] NON Occisus à seipso,
[2] Sed Obediens, [3] ab ipso
Patre morti traditur.

[4] Hunc Gentes cruciauerunt;
[5] Tortores non agnouerunt,
[6] Noxæ Rei pessimæ.

Passionis Modus, quoad effectum. 48. 6.

[1] VI Meruit Passionis,
[2] Christus Satisfactionis
Author Condignissimæ.

3 In Propitiationem
Se dedit Oblationem,
Verum Sacrificium.

4 Sanguinem Placationis,
Pretium Redemptionis,
Rex effudit Gentium.

5 Vnius Reparatoris
Et Solius Redemptoris
6 Efficax est Passio.

1 PER Sanguinem emundamur, *Effectus.*
2 A crudeli Liberamur *49. 6.*
Dæmonis Imperio.

3 Nobis pœna condonatur,
4 Deus Reconciliatur,
5 Cœli pandens atria.

6 Promeruit Exaltari,
Et honore coronari
Christi patientia.

1 SPIRITVM IESVS emisit, *Mors. 50.*
2 Verbum Carnem non dimisit, *6.*
3 Vt nec Mentem liquerat.

4 Per triduum non remansit
Homo; 5 Corpus Idem mansit,
Quod antea fuerat.

[6] Mors Salutem operatur,
Morte Vita reparatur,
Morte Mors emoritur.

Sepultura. 51. 4. [1] IESV Corpus Consepultum,
[2] Vt par erat, [3] Incorruptum
In Tumulo conditur.

[4] Mansit Iesus sic elatus
Vnâ die tumulatus
Et duabus noctibus.

Descensus ad Inferos. 52. 8. [1] INFERAM [2] Iustorum Oram
[3] Totus subiuit, [4] per moram,
[5] Hinc eductis omnibus.

[6] Non eduxit ex Damnatis,
[7] Nec quemquam ex non-Renatis,
[8] Nec ex Purgatorio.

Resurrectio. 53. 4. [1] SCIMVS Christum Surrexisse,
[2] Et tertiâ Reuixisse
[3] Primum, [4] nisu proprio.

Resurrectionis, Qualitas. 54. 4. [1] VERVM, [2] Integrum fuisse
Corpus, [3] Gloriâ fulsisse,
[4] Et Stigmate vario.

Resurrectionis, Manifestatio. 55. 6. [1] NON omnibus propalata,
[2] A nullo fuit spectata
Ejus Resurrectio.

[3] Cum Suis rarus degebat,
His ſui non indulgebat
Aſpectum continuum.

[4] His interdum Apparebat,
Et Variâ ſe præbebat
Specie conſpicuum.

[5] Rediuiuum ſe monſtrauit,
Et ſignorum vi firmauit
[6] Ineluctabilium.

[1] HIC Reſurgens eſt noſtrorum *Reſurrectionis, Effectus. 56. 2.*
Corporum [2] & Animorum
Cauſa reſurgentium.

[1] ASCENDIT [2] homo [3] vi ſuâ *Aſcenſio. 57. 6.*
[4] Supra cœlos, [5], Mentes, [6] Tua
Paraturus Præmia.

[1] AD Dextram Patris locatur *Seſſio ad dexteram Patris. 58. 4.*
[2] Deus [3] Homo, [4] collocatur
Sede ſibi propriâ.

[1] IVDICANDI poteſtatem, *Iudiciaria poteſtas. 59. 6.*
[2] Secundùm Humanitatem,
[3] Obtinet in præmium.

[4] Cuncta ſtrictè diſcuſſurus,
[5] Quando Iudex eſt venturus,
[6] Angelorum omnium.

SACRAMENTORVM *Natura.* 60. 8. [1] SACRAMENTO, quod vocatur
Signum, [2] ſacra deſignatur
Res quæ nos ſanctificat.

[3] Non vnius Rei ſignum
Eſt [4] hoc ſenſibile ſignum,
[5] Quod certas Res applicat.

[6] Quod & conſtat ex Verborum,
Senſu [7] Determinatorum,
[8] Ac Immutabilium.

Neceſſitas 61. 4. [1] SACRAMENTA depoſcebat
Noſtra Salus, [2] non poſcebat
Status Innocentium.

[3] Poſt Lapſum Protoparentum,
Tàm ante [4] quàm poſt Aduentum
Chriſti, neceſſaria.

Effectus Primarius. 62. 6. [1] GRATIA quæ Sacramentis
Datur, velut Inſtrumentis,
[2] Dat Ius ad Auxilia.

[3] Hanc Continent, [4] & Producunt
Per Virtutem, [5] quam educunt
Chriſti paſſi pectore.

[6] Hanc Vacua non ferebant,
Nec Egena conferebant,
Priſcæ Legis tempore.

1 CHARACTHER Sacramentalis, *Effectus secundarius. 63. 6.*
2 Poteſtas Spiritualis;
3 Eſſe Chriſti dicitur.

4 Eſt in Facultate Mentis;
5 Non deletur; 6 Sacramentis
Non cunctis imprimitur.

1 DEVS eſt Sacramentorum *Cauſa. 64. 10.*
Cauſa Princeps Effectorum;
2 Solus hæc Inſtituit.

3 Chriſtum habent Influentem
Per Virtutem Excellentem,
4 Quam largiri potuit.

5 Dùm à malis miniſtrantur,
6 Miniſtri non excuſantur
A graui Nequitiâ.

7 Hæc Angeli non impendunt,
8 Sed Homines, cùm intendunt
Quod facit Eccleſia.

9 Nec à Fide Miniſtrorum
10 Nec à Fine pendet, Horum
Signorum Eſſentia.

1 E Septem, 2 quæ diſtinguuntur *Numerus. 65. 4.*
3 Vnum Summum; 4 non poſcuntur
Ad Salutem Omnia.

SACRAMENTORVM *Natura. 60. 8.*

1 SACRAMENTO, quod vocatur
Signum, 2 ſacra deſignatur
Res quæ nos ſanctificat.

3 Non vnius Rei ſignum
Eſt 4 hoc ſenſibile ſignum,
5 Quod certas Res applicat.

6 Quod & conſtat ex Verborum,
Senſu 7 Determinatorum,
8 Ac Immutabilium.

Neceſſitas 61. 4.

1 SACRAMENTA depoſcebat
Noſtra Salus, 2 non poſcebat
Status Innocentium.

3 Poſt Lapſum Protoparentum,
Tàm ante 4 quàm poſt Aduentum
Chriſti, neceſſaria.

Effectus Primarius. 62. 6.

1 GRATIA quæ Sacramentis
Datur, velut Inſtrumentis,
2 Dat Ius ad Auxilia.

3 Hanc Continent, 4 & Producunt
Per Virtutem, 5 quam educunt
Chriſti paſſi pectore.

6 Hanc Vacua non ferebant,
Nec Egena conferebant,
Priſcæ Legis tempore.

1 CHARACTHER Sacramentalis, *Effectus ſecundarius. 63. 6.*
2 Poteſtas Spiritualis;
3 Eſſe Chriſti dicitur.

4 Eſt in Facultate Mentis;
5 Non deletur; 6 Sacramentis
Non cunctis imprimitur.

1 DEVS eſt Sacramentorum *Cauſa. 64. 10.*
Cauſa Princeps Effectorum;
2 Solus hæc Inſtituit.

3 Chriſtum habent Influentem
Per Virtutem Excellentem,
4 Quam largiri potuit.

5 Dùm à malis miniſtrantur,
6 Miniſtri non excuſantur
A graui Nequitiâ.

7 Hæc Angeli non impendunt,
8 Sed Homines, cùm intendunt
Quod facit Eccleſia.

9 Nec à Fide Miniſtrorum
10 Nec à Fine pendet, Horum
Signorum Eſſentia.

1 E Septem, 2 quæ diſtinguuntur *Numerus. 65. 4.*
3 Vnum Summum; 4 non poſcuntur
Ad Salutem Omnia.

Baptismi Natura. 66. 12.

[1] BAPTISMUM, Ablutionem,
[2] Ante Christi Passionem,
[3] Aqua [4] simplex Perficit.

[5] Trinitatem Inuocare
Oportet, [6] nec Nominare
Christum solum sufficit.

[7] Etsi demas Mersionem,
[8] Aut Trinam Ablutionem,
Irritus non redditur.

[9] Nunquam hic est Iterandus,
[10] Ritus ejus est probandus;
[11] Tergeminus traditur.

[12] Sanguinis autem Baptismus
Dignior est quàm Baptismus
Flaminis aut Fluminis.

Minister. 67. 8.

[1] BAPTISMUS Diaconorum
Non Munus; [2] Presbyterorum
Proprium est Ordinis.

[3] A Laïcis ministratur,
[4] A Mulieribus datur,
[5] Et ab Infidelibus.

[6] Quis à Multis non Tingatur;
[7] Leuetur, [8] Edoceatur,
A Suscipientibus.

1 RITVS quo cuncti ligantur, Subjectum 68. 12.
2 Sine quo quidam saluantur,
3 Nulla sit Dilatio.

4 Cùm Improbis concedetur,
5 Pœna nulla præfigetur,
6 Nec Culpæ Confessio.

7 Intentio postulatur,
8 Non Fides; 9 Puer Tingatur,
10 Si Parens consentiat.

11 Non Matris Vtero clausus,
12 Sed Amens aut Furiosus
Baptisma recipiat.

1 QVOD omne delet peccatum, Effectus. 69. 10.
2 Et Omnem ejus reatum,
3 Non Vitæ Molestias.

4 Gratiâ nos, 5 operanti
Virtute Replet; 6 Infanti
Dat ejus diuitias.

7 Cœlum pandit; 8 & affectis
Æquali modo Subjectis
Dat æqualem Gratiam.

9 Effectis Obex affertur,
10 Sed hic statim ac aufertur
Habet Efficaciam.

Figura. 70.4.

[1] AD Baptiſmum præparabat,
Sacramentum adumbrabat
Vetus Circumciſio.

[2] In hac à Deo mandatâ,
[3] Ritu ſacro Celebratâ,
[4] Gratiæ diffuſio.

Præambula. 71.4.

[1] CATECHISMVM, [2] Exorciſmum,
Oportet ante Baptiſmum
De more præmittere.

[3] Neuter Effectu priuatur,
[4] Vterque verò præſtatur,
Sacerdotum munere.

SACRAMENTVM CONFIRMATIONIS. 72. 12.

[1] SACRAMENTVM Te Firmauit,
[2] Chriſma [3] Præſul ſi Sacrauit,
[4] Si Forma Legitima.

[5] Characterem hoc imponit,
([6] Qui Baptiſmalem ſupponit,)
[7] Cum Gratiâ plurimâ.

[8] Omnibus [9] in Fronte Datur,
[10] Cum Patrinis, [11] Miniſtratur
A ſolis Præſulibus.

[12] Iſtud autem Diſpenſatur,
Et congruis Celebratur
Eccleſiæ Ritibus.

[1] SACRAMENTVM

1 SACRAMENTVM 2 Vnitatis, EVCHARISTIAE
3 Quod non est necessitatis, *Natura.*
4 Variè describitur. *73. 6.*

5 Quod in Sacræ Mensâ Cœnæ
Turbæ Fratrum Duodenæ
Datum non ambigitur.

6 In Figura præsignatur,
Cum Paschalis reuocatur
Agnus in memoriam.

1 DOCTI Sacris institutis, *Materia.*
Panem, Vinum, in salutis *74. 8.*
Consecramus Hostiam.

2 Quantùm Panis non curamus,
3 Triticeum Vsurpamus
4 Et eundem Azimum.

5 Vinum Vitis 6 & Dilutum,
7 Iuxta Patrum Institutum,
8 Sed Aquæ quàm minimùm.

1 IN hoc Christi corpus Credo, *Materia*
Verum & Reale Credo, *conuersio.*
Non Similitudinem. *75. 8.*

Dogma datur Christianis
Quod in Carnem transit Panis,
Et Vinum in Sanguinem.

M

3 Non Annihilatione,
4 Sed solâ Conuersione,
Corpus Christi sistitur.

5 Quem in modum priùs erant
Species post perseuerant;
6 Sed Forma deperditur.

7 Christi Corpus in momento,
Productum in Sacramento,
8 Fit ex Pane propriè.

Modus quo Christum continet. 76. 8.

1 CARO Cibus, Sanguis Potus,
Manet tamen Christus totus
2 Sub vtraque Specie.

3 Fracto scimus Sacramento,
Tantùm esse sub fragmento,
Quantùm toto tegitur.

4 Signi tantùm fit Fractura,
Nec Quantitas nec Statura
Signati minuitur.

5 Non Locatur, 6 non Mouetur
Corpus Christi, 7 non Videtur
Per Corporis Oculum.

8 Non desinit hic manere,
Dùm contingit apparere
Aliquod Miraculum.

1 SPECIES non ſubjectantur, *Accidentia. 77.8.*
2 Quantitate ſuſtentantur,
3 Immutant extraria.

4 His corruptis 5 progignuntur
Compoſita, 6 Nutriuntur
Ex illis Viuentia.

7 Dùm Franguntur, non Conciſus,
Non Confractus, non Diuiſus,
Chriſtus totus ſumitur.

8 Vino ſacro calix plenus
Stat, ſi liquor alienus
In eum infunditur.

1 Vox quam fudit Os Diuinum, *Forma. 78. 6.*
2 Mutat Panem, 3 mutat Vinum
4 Per vim Tranſitoriam.

5 Ambæ Formæ veræ ſplendent,
6 Ab inuicem non dependent
Quoad Efficaciam.

1 GRATIA Mens impinguatur, *Effectus. 79. 8.*
2 Et futuræ nobis datur
Certum pignus Gloriæ.

3 Vita Bonis, mors eſt Malis,
4 Eſt Peccati Venialis
Iuſtis Indulgentiæ.

5 Totâ pœnâ non laxamur;
6 Præcauendis mutuamur
Peccatis præsidium.

7 Prodest Hujus Sacramenti
Vis alijs quam sumenti,
Vt est Sacrificium.

8 Culpæ Leuîs Actualîs
Reatu, Spiritualis
Arcetur refectio.

Vsus. 80. 12. 1 MODI Duo Distinguendi,
Christi Corpus Comedendi
In Isto Conuiuio.

2 Hic est Cibus Viatorum,
Christus Panis Angelorum,
Non Oris, sed Spiritûs.

3 Sumunt Boni, Sumunt Mali,
Sorte tamen inæquali
Vitæ, 4 vel Interitûs.

5 Hi non Pessimi cunctorum;
6 Verè Panis filiorum,
Non Mittendus Canibus. a

7 A Pollutis non edendus,
8 A Pransis non comedendus,
9 Sed nec ab Amentibus.

a *id est, Peccatoribus Manifestis.* In solut. ad 1.

10 Panis eſt Quotidianus,
Quo paratus Chriſtianus
Veſcatur quotidie.

11 Qui penitùs abſtineret
Ab hoc Pane, non haberet
In ſe vitam Gratiæ.

12 Sine Calice præbetur
Corpus, cautè quo vitetur
Quodcunque periculum.

1 IPSE Cibus ſe Cibauit, *Sumptio.*
2 Et Cœleſte miniſtrauit *à Christo.*
Proditori ferculum. *81. 4.*

3 Corpus ſuum dat ſuorum
Coronæ Diſcipulorum,
Capax cruciatuum.

4 Non fuiſſet animatum
Corpus illud conſecratum
Intra Mortis Triduum.

1 QVOD in Cœna Chriſtus geſſit, *Miniſter.*
Faciendum hoc conceſſit *82. 10.*
Solis Sacerdotibus.

2 Sacrum ſimul celebrari,
Poteſt vnus conſecrari
Panis à compluribus.

[3] Sacramentum dispensare
Horum est; [4] communicare
Quoties conficiunt.

[5] Missam boni, Missam mali,
Sacerdotes, [6] inæquali
Valore, perficiunt.

[7] Valent à Sacris submoti
Hæretici, [8] Gradu moti,
Suis fungi munijs.

[9] Ipsorum participaret
Culpæ, qui Communicaret
Eorum mysterijs.

[10] Nec Immeritò culpantur
Qui Sacris non operantur
Intrà vitæ spatium

Ritus. 83. 6. [1] VERE Christus Immolatur,
[2] Cùm [3] in Æde Celebratur
Missæ Sacrificium.

[4] In hoc omnia dicuntur,
[5] Et omnia peraguntur,
Appositâ Methodo.

[6] Consilio sapienti,
Fit obuiàm occurrenti
Cuilibet incommodo.

[1] POENITVDO Prædicatur POENITENTIAE Natura. 84. 10.
Sacramentum, [2] quod conflatur
Culpis vt Materiâ.

[3] Forma, verbum Abſoluendi,
[4] Norma Dextram Imponendi,
Non eſt neceſſaria.

[5] Per hoc ſolum Men's fit Munda,
[6] Datur Tabula Secunda,
[7] Reſurgentis halitu.

[8] Dolor ad mortem manebit,
[9] Continuus adhærebit
Non actu, ſed habitu.

[10] Sæpè poteſt exerceri,
Frequenti poteſt mederi
Hominum nequitiæ.

[1] POENITERE ſuper Malis, Virtus. 55. 6.
Virtutis eſt [2] ſpecialîs,
[3] Quæ Pars eſt Iuſtitiæ.

[4] In Affectu collocatur;
[5] Ex Timore deriuatur;
[6] Virtus non Primaria.

[1] OMNE Crimen ſic deletur;
[2] Nullum Crimen aboletur Effectus, Remiſſio Mortaliũ. 86. 6.
Sine Pœnitentiâ.

3 Vnum solum non laxatur,
Sempèr Omne condonatur,
Vel Nullum Ignoscitur.

4 Manent Pœna Temporalis,
5 Et Reliquiæ Mortalîs,
6 Sed Culpa remittitur.

Effectus, Remissio Venialiũ. 87. 4.

1 VENIALEM, de quâ dolet
Iustus, noxam Deus delet
2 Non Infusâ Gratiâ.

3 Purgatur Aquâ Lustrali,
4 Non tamen sine Mortali,
Datur ejus Venia.

Reditus peccatorũ dimissorũ. 88. 4.

1 PECCATA non Reuiuiscunt;
2 Quædam sibi vim adsciscunt
Ex Ingratitudine.

3 Non est tamen par Reatus;
4 Non accusatur Ingratus
Speciali crimine.

Recuperatio Virtutum. 89. 6.

1 VIRTVTES Restituuntur,
2 Sed æquales non redduntur
Verâ Pœnitudine.

3 Eâdem Recuperamus
Statum, quo cecideramus
Dignitatis pristinæ.

4 Que

4 Quæ Bona Mortificantur
Opera, 5 Viuificantur
6 Non Resurgunt Mortua.

1 PARS Pœnitentiæ 2 Triplex
3 Integrans; 4 Ejusdem Triplex
Species præcipua.

Partes Pœnitentiæ in genere. 90. 4.

Explicit Canticum Quartum.





HYMNVS ANGELICVS.

CANTICVM QVINTVM
SEV
SVPPLEMENTVM TERTIÆ PARTIS.

QQ. 100. AA. 451.

CONTRITIONIS *Natura. q, 1. aa, 3.*
1 CONTRITIO Definitur,
2 Virtus Actum Hunc molitur,
3 Qui non sit Attritio.

Objectum. 2. 6.
1 CVLPAM, 2 non Originalem,
3 Sed quamlibet Actualem,
Respicit Contritio.

4 De Futuris non tristatur,
5 De Proprijs lamentatur,
6 Singulis Mortalibus.

Quantitas 3. 3.
1 DOLOR Summus 2 Temperetur,
3 Sic, vt major excitetur
De noxis majoribus.

[1] AD hanc vitam definita, *Tempus.* 4
[2] Viuat semper in hâc vitâ, 3.
[3] Quæ cum Morte Moritur

[1] CVLPÆ nedum Hâc Reatus, *Effectus.*
[2] Sed & omnis cruciatus 5. 3.
Interdùm redimitur.

[3] Potest ipsa grauiorum,
Parua quamuis, peccatorum
Nos mundare sordibus.

[1] AD Salutem requisita CONFESSIONIS
Confessio, [2] stabilita *Necessitas.*
Non Naturæ Legibus. 6. 6.

[3] Nemo legem hanc recuset;
[4] Se perperam Quis accuset
De Falso Flagitio.

[5] Hæc statim Lex impleatur
Non opus est; [6] nulla datur
Ejus Dispensatio.

[1] CONFESSIO Definitur, *Natura.*
Per quam latens aperitur 7. 3.
Morbus sub spe veniæ.

[2] Hanc morbi retectionem
Sibi sumit Actionem
Virtus [3] Pœnitentiæ.

Minister. [1] SACERDOTI Confitere,
8.7. [2] Aut Laico cum vrgere
Neceſſitas cæperit.

[3] Apud iſtum Leuiorum
Deponere Peccatorum
Sarcinam licuerit.

[4] Paſtorem debes adire,
[5] Vel qui te poſſit audire
Propter Priuilegium.

[6] In extremis conſtitutum
Simplex Sacerdos ſolutum
Dimiſerit Impium.

[7] Iuxta modum quo peccatur,
Major vel Minor taxatur
Reis Satisfactio.

Qualitas. [1] EST Informîs, [2] & Totalîs,
9.4. Confeſſionis [3] Vocalîs,
[4] Multiplex Conditio.

Effectus. [1] NECEM necat, [2] Pœnam tollit,
10.5. [3] Cœlorum Portas attollit,
[4] Spem Salutis tribuit.

[5] Confeſſio Generalis,
Omiſſæ culpæ mortalîs
Labem omnem eluit.

[1] NVNQVAM Licet reſerare
Sigillum peculiare
Foro Pœnitentiæ.

Sigillum. 11. 5.

[2] Res quæ ſunt iſti ſubjectæ
Subduntur illi directè,
Non ſic ſubſunt aliæ.

[3] Non ſolius Abſoluentis
Eſt ſecretum; [4] Confitentis
Facultate ſoluitur.

[5] Qui præter Confeſſionem
Habet Culpæ notionem,
Eo non aſtringitur.

[1] PROBE Satisfactionem
Ceu Virtutis Actionem
[2] Iuſtitiæ [3] finiunt.

SATISFACTIONIS *Natura. 12. 3.*

[1] HOMINES pro ſe, pro pœnis
Proprijs [2] & alienis,
Deo Satisfaciunt.

Poſſibilitas. 13. 2.

[1] CVNCTIS noxis applicata
Satisfactio, [2] formata
Charitate, congruit.

Qualitas. 14. 5.

[3] Mortua, non reualeſcit,
[4] Condigni meritum neſcit,
[5] Pœnas Orci minuit.

Opera. 15. [1] SATISFIT Laborioſis,
3. [2] Flagellis, [3] & Operoſis
Tribus Factis maximè.

POENI- [1] HABITV ſunt Innocentes,
TENTIAE [2] Et Beati, Pœnitentes;
Subjectũ. [3] Sed Angeli minimè.
16. 3.

Claues. 17. [1] ECCLESIÆ Claues datæ;
3. [2] Ligat, Soluit poteſtate
[3] Geminarum Clauium.

Clauium [1] CVLPAM, [2] Pœnam His donare
Effectus. Sacerdos poteſt, [3] ligare,
18. 4. [4] Sed non ad Arbitrium.

Clauium [1] HIS Antiqua Lex carebat,
Miniſter. [2] Iure Chriſtum condecebat
19. 6. Clauis Excellentiæ.

[3] Apud Sacerdotem tantùm,
[4] Non alium quamuis ſanctum
Claues Ordinariæ.

[5] Non priuantur ſcelerati,
[6] Secùs Excommunicati,
Harum Exercitio.

Clauibus [1] Legitimè ſunt ſubjecti,
Subditi. [2] Tam Subditi, [3] quàm Præfecti,
20. 3. Earum Iudicio.

[1] IVXTA definitionem
Excommunicationem
[2] Vſurpat Eccleſia.

EXCOMMVNICATIONIS *Natura*. 21. 4.

[3] Pro Temporalibus Iuſtè
Fertur ; [4] Quæ fertur injuſtè,
Pollet efficaciâ.

[1] HANC non Quiuis fert Sacerdos ;
[2] Ferre poteſt non-Sacerdos ;
[3] Suſpenſus abſtineat.

Miniſter & Subjectum. 22. 6.

[4] Nemo Parem, nec Rectorem,
Nec ſe, ſed Inferiorem,
Hâc Pœnâ coerceat.

[5] Nullus Cœtus Hâc feritur ;
[6] Interdum Quis irretitur
Hâc ſemel & iterum.

[1] CVIVS non fugis conuictum,
[2] Pœnam ſubis, [3] Et delictum,
Haùd ſemper mortiferum.

Vinculo, Innodatus vitandus. 23. 3.

[1] INNODATVM Iudex ſoluit,
[2] Inuitum ; [3] ab vnâ ſoluit
Cenſurâ, non aliâ.

Abſolutio. 24. 3.

[1] CRIMINIBVS conſtitutas
Pœnas, nondum perſolutas,
Laxat Indulgentia.

INDVLGENTIAE. 25. 3.

[2] Tantùm Valet quantùm Sonat,
[3] Hanc Pontifex ritè donat
Pro re Temporariâ.

A quibus concedantur. 26. 4.

[1] PAROCHVS eam non confert;
[2] Non-Sacerdos, [3] Præſul confert,
[4] Quamuis carens Gratiâ.

Quibus prosint. 27. 4.

[1] IMPIIS prodeſt Confeſſis,
[2] Religionem Profeſſis,
[3] Præſcriptum implentibus.

[4] Eâdem poteſt potiri,
Qui poteſt eam largiri
Cæteris fidelibus.

Solennis Pœnitentiæ Ritus. 28. 3.

[1] SOLENNI, [2] ſemel inflictâ
Pœnâ; [3] Fœminis indictâ,
Clericus non plectitur.

EXTREMAE VNCTIONIS *Natura. 29. 9.*

[1] SACRAMENTVM Vnctionis
[2] Vnum, [3] Inſtitutionis
Diuinæ recipitur.

[4] Oleum [5] ſtatutâ normâ
Conſecrat [6] Præſul; [7] pro Formâ
[8] Oratio [9] congruit.

Effectus. 30. 3.

[1] Ex hoc Salus Spiritalis
Dimanat [2] & Corporalis;
[3] Character non effluit.

1 A LAïCIS non donatur, *Minister.*
2 A Diaconis non datur, *31. 3.*
3 Nec tantùm à Præsule.

1 NE distribuatur Sanis *Subjectum*
2 Parùm Ægris 3 aut Insanis *32. 7.*
4 Aut Pueris, Consule.

5 Partes omnes non vnguntur,
6 Certæ quædam liniuntur,
7 Etiam in Mutilis.

1 ITERATVR 2 aliquando *Iteratio.*
In eodem morbo, quando *33. 2.*
Morbus est Instabilis.

1 ORDO 2 benè Definitur ORDINIS
3 Sacramentum, 4 quod sortitur *Natura.*
Formam 5 & Materiam. *34. 5.*

1 GRATIAM in nobis ponit, *Effectus.*
2 Animæ Notam apponit *35. 5.*
Quiuis Ordo propriam.

3 Huic Regenerationis,
4 Sed non Confirmationis
Character supponitur.

5 Ad Signacnlum Majoris
Ordinis, Inferioris
Character non poscitur.

Subjecti conditiones. 36. 5.

[1] OPVS Probitate Morum
Ad Ordines, [2] non Sacrorum
Librorum Peritiâ.

[3] Ex Meritis non ſequuntur;
[4] Cùm Indignis conceduntur,
Mortalis eſt noxia.

[5] Sancta ſanctè ſunt habenda,
Nec in culpâ ſunt agenda
Horum Miniſteria.

Diſtinctio 37. 5.

[1] DISTINCTORVM, [2] Septenorum,
[3] Sacrorum & non Sacrorum,
[4] Certa ſunt Officia.

[5] Cùm Sacerdos Ordinatur,
Charactere conſignatur
Traditâ Materiâ.

Miniſter. 38. 2.

[1] HVNC Initiare poteſt
Solus Præſul, [2] quod & poteſt
Præciſus Eccleſiâ.

Impedimenta. 39. 6.

[1] MVLIER non Ordinatur,
[2] Puer non Inauguratur,
Nec Amens admittitur.

[3] Ad Ordines non promotus,
Seruus, [4] Homicida, [5] Nothus,
[6] Mutilus, rejicitur,

1 PER Coronam Clericorum,
(2 Quæ non eſt Ordo,) 3 Bonorum
Non fit Abdicatio.

Appendi-ces. 40. 7.

4 Quod ſupra Sacerdotale
Munus eſt Epiſcopale,
5 Non eſt Ordinatio.

6 Poteſtas Epiſcoporum
Inferior eſt Summorum
Præſulum potentiâ.

7 Sunt Eccleſiaſticorum
Veſtimenta Miniſtrorum
Ordinibus propria.

1 MATRIMONIVM de Iure
Cenſetur eſſe Naturæ,
2 Non Mandatur omnibus,

MATRI-MONIVM *in officium naturæ. 41 4.*

3 Eſt Licitus ejus actus,
4 Meritorius, ſi factus
Ex Decori Legibus.

1 SACRAMENTVM Nuptiarum,
2 Ante lapſum præfixarum
Ob Naturæ debitum.

Vt Sacramentum. 42. 4.

3 Dat Gratiæ Venuſtatem;
4 Ad Primam Integritatem
Non poſtulat coïtum.

Sponsalia. 43. 3.

[1] SPONSALIA Futurarum
Promissio Nuptiarum,
[2] Exacto Septennio.

[3] Quædam Iure dirimuntur,
Quædam verò dissoluuntur
Iudicis arbitrio.

MATRIMONII *Definitio.* 44. 3.

[1] CONJVNCTIO [2] nominetur
Conjugium, [3] explicetur
Vt vulgò describitur.

Consensus secundùm se. 45. 5.

[1] FIT ex Consensu [2] Vocali,
[3] De præsenti, [4] cum Mentali;
[5] Clanculùm peragitur.

Cosensus cui aduenit Iuramentum aut Copula. 46. 2.

[1] NVPTIARVM fide datâ,
Iuramento confirmatâ,
Non fit Matrimonium,

[2] Si copula subsequatur
Sponsalia, reputatur
Validum Conjugium.

Consensus coactus & conditionatus. 47. 6.

[1] INIVSTE per vim extorti
Consensûs [2] à viro forti,
[3] Valor omnis irritus.

[4] Non solùm vim Patientis,
Sed etiam Inferentis,
Pactum perit funditùs,

5 Poteſt Conditionatus
Aſſenſus præberi. 6 Natus
Nubere non cogitur.

1 NON in Copulam Carnalem, *Conſensus*
Sed in Nexum Coniugalem, *Objectum.*
Conſenſus dirigitur. *48. 2.*

2 Finis licet intendatur
Inhoneſtus, conſeruatur
Pactum hoc firmiſſimum.

1 MATRIMONII Bonorum, *Bona. 49.*
2 Prudentèr aſſignatorum, *6.*
3 Sacramentum maximum.

4 Actum Excuſant Carnalem,
5 Sine quibus hic Moralem
Præfert Turpitudinem.

6 Quæ Mortalis perhibetur,
Dùm opus hoc exercetur
Ob ſolam Libidinem.

1 ALIQVOT Impedimenta, *IMPEDIMENTA.*
Certis Verſibus contenta, *50. 1.*
Dirimunt Connubia.

1 PRIMVM Error collocatur, *Error. 51.*
2 Quo nempè labefactatur *2.*
Contractûs ſubſtantia.

Conditio. 52. 4.

1 IGNORATA Seruitute
Conjugis, sine virtute
Pactio transigitur.

2 Seruo jus est contrahendi,
3 Et Libero Seruiendi;
4 Partus Ventrem sequitur.

Votum & Ordo. 53. 4.

1 NON Simplice, 2 sed Solenni
Voto, Vinclo quis perenni
Obicem posuerit.

3 Non poterit Ordinatus
Nubere, 4 sed Conjugatus
Ordinari poterit.

Cōsanguinitas. 54. 4.

1 INSIGNITER explicatur
Consanguinitas, 2 secatur
Per Gradus & Lineas.

3 Personas Natura vetat,
4 Ecclesia quasdam vetat,
Iungi Consanguineas.

Affinitas. 55. 11.

1 MATRIMONIO nostrorum
Facto Consanguineorum
Oritur Affinitas.

2 Si Maritus extinguatur,
Vel si Conjux moriatur,
Manet hæc Propinquitas.

3 Ex Coïtu nedum ſurgit
Conjugali, ſed conſurgit
Vſu meretricio.

4 Sponſalibus non promanat,
5 Affinitate non manat,
6 Officit Connubio.

7 Non ſunt Gradus Speciales
Affinibus; 8 ſunt his tales
Quales Conſanguineis.

9 Tam Affines quàm Cognati
Separentur, 10 Accuſati
11 Teſtibus idoneis.

1 COGNATIO Spiritalis
Nexûs obex maritalîs,
2 Binis ſacris Ritibus;

Cognatio Spiritualis. 56. 5.

3 Baptiſma recipientem
Inter & Suſcipientem
Sacratis è Fontibus.

4 A viris communicatur
Vxoribus, 5 deriuatur
Ad Natos a Patribus.

1 ADOPTIO definitur,
2 Quâ Thalami præpeditur
Fœdus 3 in aliquibus.

Cognatio Legalis ſiue Adoptio. 57. 3.

Quædam alia impedimẽta. 58. 5. [1] FRIGIDVS, [2] & Fascinatus,
[3] Furens, [4] Incesti Damnatus,
[5] Pueri, non coeunt.

Cultûs disparitas. 59 6. [1] NON sunt licitæ Fideli
Nuptiæ cum Infideli;
[2] Infideles ineunt.

[3] Ad Fidem si conuertare
Infidelis, conuersare
Cum Ethnicâ conjuge.

[4] Si tamen subsit honoris
Periculum Creatoris,
Eam statim refuge.

[5] Tunc alteri copulari
Potes, [6] non sic sociari
In alijs casibus.

Vxoricidium. 60. 2. [1] ADVLTERAM vir non necet;
[2] Nam vxoricidam decet
Priuari conjugibus.

Votum solenne. 61. 3. [1] NI conjux assentiatur,
Alter non Profiteatur
Statum Solitarium.

[2] Ante Coïtum id potest,
[3] Tunc Vxor aliud potest
Inire Conjugium.

[1] QVANDO

[1] QVANDO Conjux Fornicatur
A viro Repudiatur;
[2] Nulla Lex id expetit.

Fornicatio Conjugis. 62. 5.

[3] Curare Dimissionem
Quoad Habitationem,
Ecclesiæ competit.

[4] Ad paria Iudicantur,
Vir & vxor conformantur,
Inito Diuortio.

[5] Quo facto, non copuletur
Vir alteri; [6] permittetur
Reconciliatio.

[1] SECVNDÆ non prohibentur
Nuptiæ, [2] verè censentur
Nomine Mysterij.

Secundæ Nuptiæ. 63. 2.

[1] CONIVX obligationem
Habet ad Solutionem
Conjugis Officij.

Debitum Conjugale. 64. 7.

[2] Vir vxori non petenti,
Præ pudore non audenti,
Vltrò satisfaciat.

[3] Quoad Actum Conjugalem,
Par vtrumque coæqualem
Conditio faciat.

[4] Qui cum conjux non permittit
Continentiam promittit,
Votum vouet irritum

[5] Culpa [6] leuis est Petentis,
Festo die, [7] Non Reddentis,
Conjugale debitum

Vxorum multitudo 65. 5.
[1] VIS Naturæ Præceptorum
Numerum vetat vxorum,
[2] Olim non illicitum.

[3] Vetat vsum concubinæ,
[4] Aduersum Legi diuinæ;
[5] Nunquam non prohibitum.

Bigamia. 66. 5.
[1] IRREGVLARIS habetur
Bigamus [2] quisquis censetur,
[3] Et ducens non-Virginem.

[4] Bigamia non-deletur
Per Baptismum, [5] aboletur
Præter rerum ordinem.

Libellus Repudij. 67. 7.
[1] NODI Rigor conjugalîs
Est Præcepti Naturalîs;
[2] Iussu Dei soluitur.

[3] Moses non tam præcepisse,
Quàm inuitus permisisse
Repudium creditur.

[4] Dimissa non renubebat,
[5] Hanc Vir non recipiebat
In Ius contubernij.

[6] Odium, quo mouebatur
Repudians, [7] scribebatur
Libello Repudij.

[1] LEGITIMI non nascuntur, Filij Illegitimi. 68. 3.
Filij qui progignuntur
Extrà matrimonium.

[2] Damnum debent reportare.
[3] Potest Princeps aggregare
Legitimis Spurium.

[1] CERTA quædam assignantur Animarũ post mortem *Loca*. 69. 7.
Loca, quibus deputantur
Defunctorum Animæ.

[2] In Infernum mox descendunt,
Vel in Cœlum mox ascendunt,
[3] Emigrant rarissimè.

[4] Est Abrahæ sinus Idem
Ac Limbus, [5] sed non sunt Idem
Damnatorum carceres.

[6] Non est Limbus Puerorum,
Limbus Patrum; [7] Animorum
Quinque Loca numeres.

Conditio. 1 Hi carent Vi Sentiente,
70. 3. 2 Et Actû correſpondente,
3 Capaces incendij.

Suffragia. 1 SVFFRAGIIS, adiuuamur,
71. 14. 2 Mortuis opitulamur,
3 Simus licet impij.

4 Proſunt iſta facienti,
5 Non in Orco patienti,
6 Sed in Purgatorio.

7 Nil Pueris haud renatis
Proficit, 8 neque Beatis,
9 Triplex Expiatio.

10 Munus Indulgentiarum,
11 Et Cultus Exequiarum
Quid affert ſolatij.

12 Ille magis adjuuatur,
Cui præſertim applicatur
Ratio Suffragij.

13 Quod ſi ſit Vniuerſale,
Solamen dabit æquale
Ijs quibus proderit.

14 Plus proficit Generale,
Cui Iungitur Speciale,
Quàm ſi ſolùm fuerit.

[1] SPECTANT Sancti cùm oramus;
[2] Horum precem deposcamus,
[3] Quæ sit exoratio.

Oratio Sanctorũ. 72. 3.

[1] SIGNA [2] Sol & Luna dabunt,
[3] Et Virtutes trepidabunt,
Instante Iudicio.

Signa ante Iudicium. 73. 3.

[1] DIES Iræ, Dies illa
Purgans Sæclum [2] in fauillâ
Ignîs [3] nostri similîs.

Ignis vltimæ conflagrationis. 74. 9.

[4] Flamma Cœlos non emundans,
[5] Elementa [6] Cuncta mundans,
[7] Præibit terribilis.

[8] Bonos & Malos resoluet,
[9] Reprobos simul inuoluet
Sulphureo tumulo.

[1] RESVRRECTIO futura
[2] Omnium; [3] non à Naturâ
Fiet, sed Miraculo.

RESVRRECTIONIS *Natura.* *75. 3.*

[1] Ex Vi Christi Resurgentis,
[2] Et voce Tubæ clangentis,
[3] Angelorum opere.

Causa. 76. 3.

[1] IN occasu mundi scimus
Futuram, [2] quando nescimus;
[3] Noctu Fiet [4] properè.

Tempus & Modus. 77. 4.

Terminus à quo. 78. 3. [1] A MORTE reuiuiſcemus,
[2] A Cinere Reſurgemus,
[3] Qui mentem non exiget.

Identitas. 79. 3. [1] CORPVS Idem ſurget, [2] Idem
Homo, [3] tunc partium Idem
Seſe ſitus eriget.

Integritas. 80. 5. [1] OMNES artus tunc redibunt,
[2] Vngues, pili non peribunt,
[3] Nec Humorum copia.

[4] Surget tandem illud totum
Quod hominis eſt, [5] non totum
Quod fuit materia.

Conditio. 81. 4. [1] EADEM ætas futura,
[2] Et Inæqualis ſtatura,
[3] Et Sexûs diſcretio.

[4] Non in vitam Animalem,
Sed ſecundùm Spiritalem
Fiet Reſurrectio.

BEATORVM CORPORVM *Impaſſibilitas. 82. 4.* [1] VIS Impaſſibilitatis,
[2] Capax inæqualitatis,
[3] Senſus, [4] omnes retinet.

Subtilitas. 83. 6. [1] CORPVS vis Subtilitatis,
Per modum proprietatis,
Glorioſum attinet.

2 Non ſtant Corpus Glorioſum,
Et Corpus non Glorioſum,
Idem intra ſpatium.

3 Nec duo non Glorioſa,
4 Neque duo Glorioſa,
Niſi per Prodigium.

5 Locum decet his æquari,
6 Et ipſa poſſe palpari,
Contactu Corporeo.

Agilitas. 84. 3.

1 AGILITATE pollebunt
Beati, 2 Motu gaudebunt,
3 Sed non Inſtantaneo.

Claritas. 85. 3.

1 RADIABVNT Claritate
2 Proſtabunt 3 pro voluntate,
Aliis Spectabiles.

Corporum Damnatorum *Conditiones.* 86. 3.

1 NON Reſurgent deformati,
2 Non Corrumpentur Damnati,
3 Sed erunt Paſſibiles.

RESVRGENTIVM *Cognitio.* 87. 3.

1 SVA quiſque leget Acta,
2 Aliorum cernet Facta,
3 Non vno contuitu.

IVDICII GENERALÎS *Tempus & Locus.* 88. 4.

1 IVDICIVM fore patet;
2 Non vocale; 3 (tempus latet,)
4 In Vallîs circuitu.

Iudicantes & Iudicati. 89. 8.

[1] HOMINIBVS est concessus
Cum Iudicante consessus,
[2] Præsertim Pauperibus.

[3] Angeli sese non gerent
Iudices, [4] Damnati ferent
Pœnas à Dæmonibus.

[5] Omnes, [6] tam Boni, [7] quàm Mali,
[8] Præter Angelos, finali
Suberunt Iudicio.

Forma Iudicis. 90. 3.

[1] CHRISTVS vt Homo cernetur
[2] In Gloriâ. [3] non videtur
Deus sine gaudio.

Stat⁹ Mundi post Iudicium. 91. 5.

[1] ORBE nouo [2] conquiescent,
[3] Splendidiùs inclarescent,
Corpora Cœlestia.

[4] Elementa refulgebunt
Luce, [5] Plantæ non manebunt,
Vt nec Animalia.

SANCTORVM *Visio Dei. 92. 3.*

[1] DEVS Intellectuali
Oculo, [2] non Corporali,
A Sanctis videbitur.

[3] Qui verò Deum spectabunt,
Non omnia penetrabunt,
Quæ Deus tuebitur.

[1] BEATITAS

[1] BEATITAS extendetur, *Beatitudo & Mãsiones. 93. 3.*
[2] Mansio Gradus censetur,
[3] Et varia varius.

[1] DAMNATOS conspicabuntur *Affectus ergà Dãnatos 94. 3.*
Sancti, [2] nec miserebuntur;
[3] Congaudebunt potiùs.

[1] DOTIBVS exornabuntur *Dotes. 95. 5.*
Beati; [2] quæ distinguuntur
A Beatitudine.

[3] Neque Christo tribuuntur;
[4] Nec Angelis conceduntur
[5] Hæ Dotes tergeminæ.

[1] AVREOLÆ Sanctis datæ, *Aureola. 96. 13.*
Idem cum Beatitate
Non sunt, [2] nec cum Fructibus.

[3] Castitati tribuuntur
Fructus, [4] qui tres distinguuntur,
Ex ipsius partibus.

[5] Virgo, [6] Martyr, [7] Doctor claret
Aureolâ; [8] Christus caret
Talibus præmiolis.

[9] Angeli non habent vllam,
[10] Nec Humanum Corpus vllam,
[11] E Tribus Aureolis.

[12] Quæ Virginibus confertur,
Alijs non antefertur,
Cum non sit potissima.

[13] Eandem vna minore,
Altera gradu majore,
Obtinebit Anima.

DAMNATORVM *Pœna.* 97. 7.

[1] DAMNATI non punientur
Igne solo, [2] patientur
Vermem incorporeum,

[3] Fletum non materialem,
[4] Noctem, [5] Ignem corporalem,
[6] Vt hunc, [7] subterraneum.

Voluntas & Intellectus. 98. 9.

[1] NON est quisquam in Damnatis
Qui sit Bonæ voluntatis,
[2] Quem Culpæ pœniteat,

[3] Qui non cupiat non esse,
[4] Omnesque damnatos esse,
[5] Qui Deum non horreat.

[6] Neque tamen Demerentur,
[7] Partam non obliuiscentur
In mundo scientiam.

[8] De Deo non cogitabunt,
[9] Nec Cœlestem perlustrabunt
Beatorum Gloriam.

[1] SEMPER Illos Deus plectet,
[2] Nec Affectus eum flectet
Dæmonum vel Hominum.

Misericordia Dei ergà Damnatos. 99. 5.

[3] Hominum, [4] Christianorum,
Tormentis, [5] Miseratorum,
Non imponet terminum.

[1] PII Manes repurgantur,
[2] In Inferis cruciantur
Per Ignem Tartareum.

Purgatorium. 100 8.

[3] Patiuntur acriorem,
Quàm qui fertur hîc dolorem,
[4] Minimè spontaneum.

[5] Dæmon Tortor hinc Fugatur;
[6] Flammis illis Expiatur
Leuîs culpæ macula.

[7] His [8] ocyùs liberati,
Faxit Deus vt Beati
Viuamus in sæcula. Amen.

FINIS.





Summa Priuilegij Regis.

CHRISTIANISSIMI Regis auctoritate cautum eſt, ne quis in ejus Regno librum cui titulus eſt, *Hymnus Angelicus ſiue Doctoris Angelici Summa Theologica Rhythmica Synopſis*, Intra Septennium excudat, diuendat, excudendum, diuendendumue curet, ſine permiſſu P. FRANCISCI PENON, Sacræ Theologiæ Profeſſoris, eorumue quibus ipſe conceſſerit. Qui ſecùs faxit, expreſsâ diplomate Regio mulctâ coërcebitur. Dat. Pariſijs 21. Auguſti. 1651.

Signatum, PHELYPEAVX.

